

ὄξυλίπυς, panis genus cum aceto cōfecti, cuius olim in dysenteria erat usus, Lege Galenum octauo Method.

Oxylapathon uocant, quod in acutum tendit, prædura habens extrema, non nisi palustribus nascens. Aliud est satiuū, illi dissimile. Lege, Acetosa.

Oxylepes, panis squarosus, & acidus: datur febrientibus, & quibus alius fluitat.

Oxyliparum. Lege, Garum.

Oxymala. Lege, Malus medica.

ὄξύμελι, Acetum, Mulsum.

Oxymel, uoce græcanica uocauerunt uinū ex aceto & melle factum. Nam ὄξος, dicitur Græcis acetum, & μέλι, mel. Fit autem Oxymel hoc modo. Mellis decem libræ, cū aceti heminis quinq; hæc decies subfer uel faciunt, atq; ita sinunt inueterare. Themison summus autor, damnauit oxymel, & hydromel. Est autem Hydromel uinum ex aqua et melle factum: unde & nomen. Celebrant autores & omphacomel, quod fit ex uuæ semiacerbæ succo, & melle fortiter tuto: unde nomē. Græce enim ὄμφαξ dicitur uua acerba, & ὄμφακασ, uocant uuas & fructus immaturos. Hinc omphacinum oleum dictum, quod ex oliuis acerbis, quas uocant drypas, & omphacium ex uua, quod uulgo agreste nominant. Columella lib. 12. cap. 55.

Oxymelitis cōpositionem, lege apud Galenum quarto de sanitate tuenda.

Oxymyr sine, Ruscus apud Dioscoridem lib. 4. capite. 147.

Oxymel passularū, ab aceto & melle, & passulis dictum.

Oxyphyllon, Geranium alterū apud Dioscoridem lib. 3. cap. 130.

Oxyphyllon, Trifoliū apud Diosc. li. 3. ca. 122.

Oxyporum. Condimenta quibus inest acetum, quæque aceto diluuntur, generali uocabulo uocant oxypora, Græce enim τὸ ὄξος acetum dicunt. Ex eodem genere est oxybaphon: quasi dicas, intinctum aceti. Quanc; oxybaphon uas quoq; sit acetum continens, ut docet Suidas.

Oxypora pharmaca. i. cito penetrantia, describuntur ab Aecio, sermo. 9. cap. 24.

Oxypternos, oxysthmos apud Diosc. libro quarto, cap. 55.

ὄξυρόδιον, acetum roseum.

ὄξυρεγμιά, ructus aridus.

Oxyfachar, cum sacharo mistum acetum, idq; uice mellis.

Oxytonon, papauer erraticum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 67.

Oxytonon, papauer fatiuum apud eundem Dioscoridem lib. 4. cap. 68.

ὄξυτρίφυλλον, id est, Trifolium acutū. Vulgo interpretari audio Alleluia, uel Acetosellam herbam humi repētcm, et acetosæ saporem referentem, floribus albis.

Ozena, polyporum piscium generis: dicta a graui capitis odore. Plinius lib. 9. cap. 30.

Ozeni. Lege, Casia.

Ozenitis, nardus uitiosa. Plin. lib. 12. cap. 12.

ὄξάινκ, notissimū medicis in naribus malū, & quod ab ingrato odore nomen inuenit: carnis corruptione illic factum, fere incurabile, Paulus.

ὄξοι, in minoribus & plerunq; annuis plantis geniculi, unde folium germine & siliqua profertur: quale in harundine, graminisq; radicibus est uidere. In maioribus arboribus nodi uocantur: unde se noui profertur surculi & rami, qui certo spacio inter se distantes bini, triniue, & aliquando quaterni (ut in abiete) prodeunt. Sæpe etiam rami uocantur ὄξοι in alijs scriptoribus, quoniam ex illis rami primū tumēt. Meminit & Marcellus Verg. annotatione in Dioscoridis Cinnamomum libro primo.

Oxycroceū. Lege, Emplastrū oxycroceū.

Paderota, id est, Opalus lapis, propter eximiam suam gratiam. Vide Plinium libro. 37. cap. 6.

Padus, quæ Oribasius interpretatur Attalius Medicus.

Pagonaton, Tussilago, uel Bechion apud Dioscoridem lib. 3. cap. 124.

Pagri, pisces marini. Plin. lib. 9. cap. 16.

Paguri, cancrorum gentis. Plin. lib. 9. ca. 31.

Pala, arbor Indiæ, folium eius alas auium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudinis duum: fructū e cortice mittit.

Palacas, massas aurī uocari in Hispania, autor est Plin. repertas in puteis decussis pōdere: quas & Palaceanas uocant.

παλάθην, ficus fructus.

Pala, ut inquit Strabo, purgatoris aurī gle-

ba, semilibralis: a quo translatum id nomen est ad alia. uocatur, flos eris etiā Pala.
 Palato agitare, latinius pro eo quod uulgius medicorum, dicit Gargarizare: licet græcis sit γαργαρίζειν.
 πάλαια ῥέυματα, uetera hulcera.
 Paleas membranas illas intellige, quæ sub gutture gallorum sunt pendule, tanquam quædam palearia. Vergil. pendent palea riamento. M. Varro Palea rubra subalbiant. Columella libro. 8. capite. 2.
 Palare uites, id est, palis adminiculari, & pedamentis fulcire. Columella lib. 11. cap. 2.
 παλαιότερον τυρόσ, uetus caseus.
 Paleurgi. Lege, Corium.
 Palimpissa, id est, pix liquida decocta, & in spissam coiens, quo in genere quædam uisci modo lentiscit. Dioscorides libro. 1. Breuiter, nihil aliud est, quam cocta bis resina. Vocatur & βόσκασ.
 Palindoria. Lege, Corium.
 Paliurus a Manardo differitur li. 9. epist. 3. frutex est, alicubi tamē etiā arborescēs.
 Paliurus fruticosior loto, magisq; rubens: cuius nucleus non simul manditur: iucundus per se, atq; suauior est uino, quin & uina succo cōmendans. Circa Carthaginē Punicum malum sibi cognomē uendicat: aliqui Granatum appellāt. A pyrino a uocant, cui lignosus nucleus abest. Vide Plinium libro. 13. capite. 19.
 Palladius, Rutilius, Taurus, Aemilianus, Abbreuiator Catonis, Varronis, & Columellæ, scripsit de re rustica per singulos menses.
 Palma in Aegypto gignitur. Sūt eius multa genera, multaq; descriptiones: quare ad autores remittimus, ad Dioscoridē lib. primo, Plinium lib. 25. cap. 5. lib. 13. cap. 4. Theophr. libro primo, cap. 2. lib. 3. cap. 5. Plinium item libro duodecimo.
 Palma maior, flagellus unde nascūtur uirgæ, palma unius inuersione litere, a uenti flatu dicta, ut inquit Varro.
 Palma Christi, πενταδάκτυλον. Lege Pandectas.
 Palma. Vide, Adipfos, & in Phœnica. Palmula item.
 Palmam quatuor digitorū spacio metitur Victruius archit. 3.
 Palmas relinquito. Vitis, ut docet M. Varro, dicta parilema est a pariendo: deinde

mutatis literis, palma. Colum. libro de Arboribus, capite decimo.
 Palmæ nomine uitis item significatur. Columella libro. 3. cap. 17.
 Palmæ id tantū meminisse in discursu libitum est, quod & Gellius lib. 3. noct. Attic. cap. 6. ex Aristotele. 7 Problemātū annotauit, & Plutarcho. 8. Symptomātū. Si supra Palmæ arboris lignum magna pondera imponas, ac tā grauius urgeas, oneresq; ut magnitudo oneris sustineri nequeat, non deorsum palma cedit, nec intra flectitur, sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur, recuruaturque. Propterea inquit Plutarchus, in certaminibus palmam signum esse placuit uictoriæ: quoniā ingenium eiusmodi ligni est, ut urgentibusq; non cedat.
 παλματία, flatus qui ī ipso terræmotu quasfabundi, atq; utroq; declinātes, uibrantesq; quod mouerint semper erigunt: Vibratoresq; ob hoc dicti: efficiuntq; terræmotū tremori non dissimilem.
 Palmes pampinariū. Duo genera Palmittis. Quod e duro exit, materiamq; in proximum annum promittit, Pampinariū uocatur: Alterū, fructuariū. Col. li. 4. ca. 24.
 Palmipedalis deponi. Dicitur malleolus palmipedalis, qui habet longitudinem pedis & palmi. Palmum autem constare digitis quaternis, docet Victruius. Pes cōstat ex palmis quatuor, hoc est, digitis sexdecim. Cubitus ex sex palmis, id est, digitis. 96. Columella lib. 3. cap. 19.
 Paludapium, Eleoselinum apud Dioscoridem lib. 3. cap. 73. sic dictum, quia in paludibus nascitur, folio raro, nec hirsuto: simile apio sapore, figura, odore.
 Palumbarius, accipitris nomen uel chalcis.
 P A M
 Pampechion. Lege, Pechia.
 παμφορος, omnia facile ferens. Terræ & regionis epitheton feracioris.
 Pampinare uineam, est pampinos superuacuos detrahere. Arbusta pampinari, nō est moris. Nam, ut inquit eleganter Plinius noster, Plurimæ arbores amputari sibi uolunt, onerosa & superuacua: sicut nos unguem & capillū. In pampinatione nō hos oportet pampinos detrahere, qui cum uua sunt. Colu. lib. 13. cap. 10. Hinc pampinator. Columella libro. 4. capite. 17.

Pampinella parua, quæ & Pimpinella.
 Pampini, secundum aliquos uicium capreoli.
 Pampinus, Hedera Helix. Barba. Coroll.
 Pamphilus de Simplicib. nugatus est quædam, literis ea mandans quæ nunquam uidit: ut inquit Galen. 7. Simpl.

P A N

παναειρος, id est, tota uita mollis, & quasi omnia uorare uolēs, euiratusq;. Sic dictus est quondam Sardanapalus.

Panace, ferula sui generis, quinque cubitorū, folijs primo quaternis, mox senis, in terra iacentibus, ampla magnitudine, rotundis, in cacumine uero oleagineis: semine in muscarijs depēdente, ut ferulæ. Excipitur succus inciso caule. Plinius lib. 12. cap. 26.

Panacia Mithridatis, tussiculæ subueniens pharmacum, apud Aeciū. Sermo. 8. 55.

Panacia, Ligusticū, uel Lybisticum apud Dioscoridem lib. 3. cap. 56.

Panaces, Ligusticum apud Dioscoridem libro tertio, cap. 56.

Panaces Heraclium, Origanum syluestre apud Diosc. lib. 3. cap. 32.

Panaces Chironion, in Pelio monte maxime prouenit; ab inuētote sic appellatum, de quo Dioscorides lib. 3. cap. 55.

Panariciū, audio interpretari morbū, qui Germanice uocatur, der Vurm, oder das Vngenant, frequens in manuum digitis.
 Panaricius, Paronychia, idem, Lege, Panariciū.

Panax nōnullis Heraclium dicitur, ex quo Opopanax colligi solet; autor Diosc. libro tertio, cap. 53.

Panax Asclepij, uel Panaces Asclepion: dictum sic, quoniam is filiam Panaciam appellarit Dioscorides lib. 3. cap. 54.

Paneration, Tapsia apud Dioscori. lib. 4. capite. 159.

Paneration, Stechas apud Diosc. li. 3. cap. 29.

Paneratium, quā & Scillā pusillā uocamus, folijs lilij albi crassioribus conspicitur. Describitur ab Dioscor. lib. 2. cap. 191.

Pancarpos, Chamæleon niger, Dioscor. libro tertio, cap. 10.

Pancreon, inter carnes & adenes, id est, glandulas medium lieni adiungitur, & sto macho ac iecori ab carne nomē est sortitū.

Pancreon, uel Calicreon, caro glandulosa, quæ atrerij substernitur, Galenus de sectione uenatum.

Pancapra Alexandris, olim celebratū placentarum genus in modum rotæ papyro inuolutum, diuturnitatis gratia.

Pandentur, curuētur. Pandere, & pandare uidetur usurpatum in eadē significatione, pro curuari. Vnde Pandationes dictæ curuationes. Plinius: Facile panditur iuglās. Victruius. In secundo. Vlmus & Fraxinus nō habent rigorē, & celeriter pandāt. Idem in .7. Cum solidus erit cogitationib. arefcentibus, aut pandatione sidentibus. Columella lib. 4. cap. 17.

πανδύμοι, morbi communes qui in uulgo grassantur, omnesq; ex æquo perimūt, cuiuscūq; ordinis. uocabulū Paulo frequens.

Pandēsiā Græci uocant adijciale conuiuium, ac ganeatum, dubium, & omnifariam obsonijs differtissimum. Id nos, inquit Cælius, doctus sane homo, glisterumq; dicere possumus, & saliare. Sunt tamē qui eo nomine intelligi malint id, quod ubi uesceretur publice, cōmeantes passim domo portionem quisque spirent, in medium tamen collaturi. Meminit Aristophanes, ὄσωεσ, inquit, μάζα ἢ πανδαισία.

Pandiculari, id est, oscitare.

Pandiculationes, oscitationes.

Pandiculatio uocatur, cum quis toto corpore extenditur.

Panicula uocatur, quicquid sublonga uel subrotūda forma tumet. Celsus in curatione rumicis, Fascia, inquit, eius rei causa fit cui imo loco pila est alluta, ex paniculis facta, quæ ad repellendū intestinum quod descendit, illi ipsi subijcitur.

Paniculæ iuuamēta quædam, quæ ramis arborum resinam fundentium, callo squamatum compactili dependent in latice.

Panion, Coniza species tertia apud Dioscoridem lib. 3. cap. 137.

Panis Sordidus, qui omnium est neglectissimus, ex furfuribus et omnib. simul quisquilijs coalatus, quo Neronē uixisse legimus.
 Panis Generosus, qui similaginis plus habet quam furfuris.

Panis diuersa genera & nomina lege apud Iulium Pollucē, titulo de panibus, & Cælium lib. 5. cap. 16.

Panis nauticus is, quem uulgo hodie Biscoctum uocāt. Coctus enim semel, in partes scinditur, & demum furno inmittitur; neq; facile situm contrahit.

Panicum, frumentaceis seminibus annu-
ratur, milio simile, eodēq; modo in panes
subigitur. Fœmineo genere Melinem, &
masculino Melinon. Theophrastus Pani-
cum notissimā omnibus frugem uocauit.
Romani a paniculis, in quibus semen est,
Panicum appellauerunt. Fertur cibus esse
uermium qui sericum conficiunt.

Pannus oculi, secundū Hali abbatem, oculi
albugo, uel albedo, leucoma græce.

Panthera, et Tigris, macularū uarietate pro-
pe solæ bestiarū spectantur, cæteris, unus,
ac sius corporis color est. Plin. lib. 8. ca. 17.

Pantherę numerosę sunt in Hircania. De e-
arum natura & sagacitate, uide Pliniū &
Aristotelem.

Panthiceratos, Pæonia, apud Dioscoridm
libro tertio, cap. 158.

Panxeris, plantaueris: a pango. Columella
libro undecimo, capite secundo.

P A P

Papauer, et Papauerculum, in buccino pars
ima esculenta. Item & in polypo, in quo &
polyps dicitur, & Anosteos priuato nomi-
ne, ea pars scilicet, quæ supra uentrem eius
conspicitur folliculi specie, liquore plenus
non atro, ut in sepia, sed rubētī. lege, Ionía.

Papauer Corniculatum quid sit, uide apud
Dioscoridem libro. 4. cap. 69.

Papauer Erraticum quid sit, uide apud Dio-
scor. lib. 4. cap. 67. Plin. lib. 18. cap. 25. & li-
bro decimonono, cap. 8. 9. 10.

Papauer Heraclium, id est Aphodes apud
Dioscoridem libro. 4. cap. 70.

Papauer nigrum, Melanthum, apud Dio-
scoridem libro. 3. cap. 92.

Papauer satium, apud Dioscoridem libro
quarto, capite. 68.

Papauer spumeum, Aphodes, dicitur apud
Dioscoridem lib. 4. cap. 70.

Papauer spumosum, Chamęsyce apud Dio-
scoridem lib. 4. cap. 181.

Papauer syluestre, id est, Corniculatum pa-
pauer, apud Diosc. lib. 4. cap. 69.

Papaueralis, papauer Erraticum apud Dio-
scoridem libro. 4. cap. 67.

Papauerculum. Lege, Ionía.

Papaueris lachrymas appellant Celsus &
Galenus, quod nos hodie opium.

Papilla, uberum apex, Græce θηλύσ. Le-
ge, Thele.

πάππος, inferiori labro adnascēs barbitiū.

Pappus. Vide. Corrigrya.

Papularum duo sunt genera. Altera est, in
qua per mínimas pustulas cutis exaspera-
tur: rubet, leniterque roditur, tarde serpit:
medium habet paulo latius, rotundum: in-
cipit & desinit in orbem. Alteram ἀγρία
uocant, Græci ferā: in qua magis cutis ex-
ulceratur, uehementius roditur, & rubet.
Interdum etiā pilos remittit, minus rotun-
da est: difficilius sanatur, in impetiginem
uertitur. Nominatur id Buā Plinio, a flu-
uio Bubalo, cuius litu maxime tolluntur:
ut hinc infantes pueri mala omnia Buas
uocare doceantur. Celsus lib. 5. Sunt & su-
doris Papulæ, in lentiscini olei mentione
Plinio, quas Celsus pustulis annumerat.
πάπποι, flores carduorum, teste Paulo lib.
quinto cap. 65.

Papyri usum, & inuentiouem, eiusq; confe-
ctionē, uide apud Pliniū lib. 13. cap. 11. 12.

P A R

Para, auis, & parus, & parula. Festus & Pa-
ronem auem nominat.

Paracentesis, uerbum quo utitur Plinius in
Anagallide lib. 25. Græcū est, atq; id signi-
ficat, quod non multo post ipse punctiōē
dixit. Vfus eius in hydrope.

Paracercides, ossicula sic dicta, quia prope
est Cercis, id est, Radius.

παράκμασικα, id est, extrema senectus, ἀπὸ
τῶ παρακμαζειν, quod senescere & defice-
re significat. Vtitur ea uoce Galenus. 5. de
ualetu. tuen.

Paracnemium, sic uocatur alterum os cru-
ris, quod ab exteriori parte suprapositum
est. constat enim ex duobus. In iumentis
uocatur Parastata, Vegetio autore, græ-
ce παραστάμιον. Lege, Parastata.

Paracope, mentis alienatio.

παράδόντιδες, ἢ παραδιδεις, tubercula
iuxta gingiuas, ubi uidelicet caro in gingi-
ua excreuit. Celsus libro. 6. cap. 13.

παραγωγικά, quę mitigandi simul, et sedan-
di facultatem obtinent medicamenta.

Paralia, maritima pix, flauentior & crassior
quamdiu resina est, uidelicet quamdiu cru-
da: sed decoctio ex ea prius absumit.

Paralysis dissolutio membrorum. ἀπὸ τῶ
παραλύω, dissoluo. Est autem membrorū
dissolutio tremorem inducens, & manus
præcipue reddēs inutiles. Dicitur & ἡμι-
πληξια, cum alteram tatum corporis par-

tem ad malum inuasit. Dum enim totum corpus inuadit, uocatur Apoplexia.
 Paralyfis herba, Apocynon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 84.
 Paralyfis, Cicuta, apud Diosc. lib. 4. cap. 82.
 Paralyfis, Delphinion herba, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 82.
 Paralium, Papauer corniculatum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 69.
 Paralion, Pityusa, apud Dioscoridem libro quarto, capite. 176.
 Paralium, Tithymali species tertia, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 168.
 Paranga. Lege, *ἐχίνου θαλάσσιου*.
παραινιτικά, mollificatiua, mitigatiua.
 Parancephalis, medulla proxima cerebro.
 Parapechion, os minus brachij, nos Radiū appellamus.
παρὰ φάδες dicuntur in caulibus & ramis plantarum supra terram, & in radicibus aliquot sub terra, a principio suo, ueluti a matre quadam noua germinatione prodeuntia. Qui nascendi ordo in bullosis radicibus plerunq; est.
 Paraplectici dicuntur, quibus in dextra, uel sinistra parte solutiones fiunt.
παρὰ πλεγμα, diminuta est apoplexia: differtq; ab ea, ut a toto pars. Apoplectici quidem Paraplectici sunt, sed non ediuerso. Differunt etiam, quod Paraplectici sani mente, resolutam aliquam tantum corporis partē habent: Apoplectici uero & hanc, & mentem, & uniuersa.
 Paraplexia. Lege, Apoplexia.
 Pararythmum dicimus, qualitercunq; approximantem ætati, in qua contemplabimur numerum habentem, non autem existentem in eo.
 Parameria, femora inter coxas dicta. Nam quod coxas interiacet, Mesomerium est.
 Paraphrosyne, uocatur Phronitidis illa species, ubi per consensum mentis alienatio accidit, alio nomine delirium.
παρὰ σκευασικά, conceptacula seminis primo loco constituta: tanquam dicas, preparatoria: quoniam seminarium humorem ad testes deferant.
παρὰ σοειδής, a porrorū colore nomine desumpto, Cholera uocatur, uulgo Cholera prassina, id est, uiridis, ut porri.
 Parastata Vitruuio & Plinio lapides sunt pilarum sepe modo appositū columnis: de

quā similitudine alterū auris os (duo enim sunt) Parastata nominatur in sumētis Vegetio: quod & Paracnenion appellatur Iulio Polluci: apud quem & meatus illi, per quæ genitura e testibus in urinæ uias defertur, Parastata nominantur.
παρὰ σκευτική, id est, præparatoria frictio qualis olim fuerit, uide Paulum lib. 1. ca. 15.
παρὰ τρίματα, id est, intertrigines, lesio cutis ex attritione, uel equitatu.
 Parcus, auis, differt ab alauida: quia parcus palumbo minor est, aliquanto subtus candida, cetera pauoni similis, & crista quoq;.
 Parechysis, liquoris manifesta infusio, & sensibilis, græce *παρέκχυσις*.
 Pareas, serpens, in Syriæ locis reperitur. De ueneno eius require apud Aecium sermone. 13. cap. 31.
παρέχυμα, id est, affusio. Lege, Carnosi.
παρεμπλασικά. Vide, *ἐμπλάστω*.
παρεμπήσοις, id est, coincidentia. Sic Erasistratus uocabat morborum causam coniunctam. Galen. in Introduct.
 Parencephalis, est posterioris cerebri pars, & congenita ipsi cerebro, eiusdemq; coloris, dicta Cerebellum.
πάρεσις, animi defectio ac tabes. Tractatur ab Paulo lib. 3. cap. 18.
 Pardalianches, Aconitum apud Dioscor. lib. 4. cap. 80.
 Pardalianches, Apocynon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 84.
 Pardi, apud Solinum describuntur cap. 27.
 Parias, serpens, colore fuluus, oculis uelox, ore lato, morsu haud malignus. Quapropter eam mitissimo deo Aesculapio pro ministro antiquitas dicauit, Aelianus & Appollodorus.
 Parietaria. Vide Diosc. dictione Helxine, lib. 4. & inibi Coroll. Barbari, & Vergil.
 Parippi, canes Atheniensium sic dicti, quasi qui equis cursu æquali contenderent.
 Paristhmia, tonsillæ quæ contingunt in locis his, quæ *μηλοί* item uocant.
παριθηλυόσιοι τόποι, id est, maritima loca.
 Parilia appellant diem uigesimum primū mensis Aprilis, quo Roma cōdita est: quæ & Palilia nominantur, a Pale dea pastorū. Solinus autumat Parilia dici, quasi a partu Iliæ uidelicet Romulo & Remo conditoribus urbis Romæ. Festus Pompeius sic scribit: Paralibus Romulus urbem condi

dit, quem diem festum precipue habebant minores. Plinius tradit sydus sicularum uulgo appellatum esse Palilitium: quoniam exoriuntur undecimo Calend. Maij, quo urbis Romæ natalis est. Probus Grammaticus docet Parilia dici per literã transpositam: quæ si suo loco poneretur, Palilia diceretur. Columel. lib. 7. cap. 3.

Parnopes, locustæ sic uocatae ab Oetensib, unde cognomen Herculi in Aeolia, quod locustas abigat.

Paronychia, abscessus circa radices unguum. Lege, Panaricius.

Paronychia, Semperuiuum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 91.

Paronychia, exiguus frutex in petris nascens. Dioscor. lib. 4. cap. 57.

Paromphilon, est calli generatio circa umbilicum.

παρωτιδες, abscessus carnis circa aures, ἢ παρωτες, apostema secus aures. Celsus li. 6. ca. 16. Dioscuros, id est, gemellos uocant. In febribus orti frequenter, iisdem liberantur ægrotantes.

παροξυσμός, exacerbatio,

Paroxysmus, latine accessio. Est autem accessus una pars circumitus. Porro circumitus duabus accessionibus, unaque quiete media componitur, græce περιόδος.

Parpharia, Tussilago, apud Dioscor. lib. 3. capite. 124.

Partes hominis summæ, in quas totum diuiditur corpus, caput, collum, thorax, brachium duplex, crus duplex.

Partes animalium similiares, lege, Similiares.

Partes corporis secundariæ, collum, brachia, crura.

Partes similiares hominis sunt, os, chartilago, caro, nerui.

Partes dissimiliares, partes compositæ, ut brachium, caput, organa ipsa.

Parthenion, Linozostis, uel Mercurialis, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 201.

Parthenium, florem habet odore mali: pingitur ab Dioscoride lib. 3. cap. 156.

Parthenion, id est, Matricaria. Lege Barb. Coroll. dictione eadem.

Parthenion, Helxine, apud Dioscor. lib. 4. capite. 42.

Parthenium. Satis atque super hanc ex descriptoribus designauimus in Herbarij nostri utrisque tomis; & ante nos multo uir doctis-

simus ille Nicolaus Leonicensus.

Partuum difficultates tribus modis eueniunt, scilicet, in pregnante, in foetu, & in exterioribus. In pregnante, quum irascitur, zolotypia laborat, uel molestijs, uel alio affecta; si meatum plus iusto angustiore habet, aut pinguiorem, cum primum parit, aut minime amplam habet uuluum comparatione partus. In partu, quando abortum parit, aut gemellos, aut menstruosum quippiam. Extrinsecus, si media hyeme, aut æstate supra modum uehementi, torrentiue.

Partus nascitur sine unguibus, cum pregnans grauioribus, & falsioribus cibus uescitur. Solin. cap. 4.

Partus contra naturam uocantur, quicumque uel eo tempore quo non debeat, uel modo alio quam oporteat, in lucem eduntur.

Paruicolles, græce μικροτράχιλοι.

Parulis, inflammatio est, in aliqua gingiuarum parte: quæ nisi dissoluatur, suppurat: cum uero suppurauerit, scalpello dissecta, liniamentis infertis panditur. Paulus lib. 3. item lib. 6. cap. 27.

P A S

Passarina, Leucoion, uel alba Viola, apud Dioscor. lib. 3. cap. 139.

Passio, siue affectus, est alicuius naturalis operationis, aut aliquarum impedimentum. Herophilii autem sectatores sic: Passio est, quæ non semper in eodem tempore soluitur, sed aliquando in minori, aliquando maiori.

Passiones pro morbis animi, uel corporis dicuntur quidem recentioribus, quia græce nominatur παθη.

Passer. Lege, Piscium fere.

Passeres, Pyrgite, Troglytæ, idem.

Pastillicare, & patulicare, in formam pastilli redigere. Vide Barbarum in Censura Pliniana.

Pastinaca, piscis. Græce τεργων turturis appellatione dicitur. Pastinaca dicitur & insecti genus, quod ab Aristotele Staphilinus appellatur, uerticilli magnitudine. Vide Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 32. cap. 2. & 11. lib. 9. cap. 20. & cap. 24.

Pastinacam, in quorundam scriptis commentarijs pro Rocho pisce interpretatum lego: an ille sit quem germanice Rochum uocamus, plane non intelligo.

Pastinaca Erratica, Pastinaca sylvestris, apud Dioscor. lib. 3. cap. 57.

Pastinaca Gallica, est Daucus, de qua egit Dioscor. lib. 3. cap. 51.

Pastinaca Rustica, Pastinaca sylvestris, apud Dioscor. lib. 3. cap. 57.

Pastinaca Sylvestris, ad differentiam satiuę sic dicitur. Egrot de ea Dioscorides libro. 3. cap. 57.

Pastinare in cultura uinearum, uerbum frequens, pro eo quod est fodere, et repastinare, refodere. Pastinatus Plinio est nomen quarti ordinis, pro pastinatiōe: dicitur autē a Pastino, quod ferramentum est bifurcū, quo semina panguntur. Pastinator ipse fossor nuncupatur. Columel. lib. 3. cap. 11.

Pastilli, a pane, per diminutionem dicti, auctore Festo, massę cuiuscumq; materię. Vnde Pastilli medicinales. Vide Horatium lib. 1. sermonum. Pastillos Ruffinus olet, Gorgonius hyrcum, $\tau\rho\chi\acute{\iota}\sigma\kappa\omicron\iota$ Gręcis dicuntur, ab orbiculari figura. Pastilli autē medicis, arida sunt medicamenta, contrita humore nō pingui, aut uino, uel aceto incocta, quę a coctione rursus inaruerunt: atq; cum in usum adhibendi sunt, in eiusdē generis humore diluuntur: deinde uulnibus illinuntur, non autem imponuntur, ut emplastra, Plinius libro. 35. de Stimmi, quod in argenti metallis inuenitur. Quod ibi subsedit, inquit, flos intelligitur, ut lintheolo interposito in sole siccetur, non ut perarescat, iterum in mortario teritur, & in pastillos diuiditur. De differentia porro Pastillorum, malagmatum, & emplastro- rum, uide latius Cornelium Celsum lib. 5. Pastillatum argentum, argentum intelligere possumus in Pastillos formatum: cuius modi hodie argentum Germani promercale afferunt, quas Cendreas appellant. Quanquam doctissimus uir Budęus Pustulatum legendum censeat, ex Sueton. Trāquillo, Nerone, cuius hæc uerba sunt, Exegitq; ingēti fastigio & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obryzum, ut pleriq; omnem collationem palam recenserent. ubi pustulatū argentum, pro purgatissimo & exactissimo posuit.

Pastilli Amazonum, compositio stomachi subuersionibus idonea; describitur ab Aecio serm. 9. cap. 10.

Pastillus Lycos appellatus, apud Aecium libro. 9. capite. 49.

Pastillus Magicus, apud Aecium libro. 9. capite. 49.

Pastillus Nymphodori, & Faustini, apud eundem Aecium lib. 9. cap. 49.

Pastillus Trigonus, id est, triangularis, cuius descriptionē uide Aeciū lib. 9. cap. 47.

Pastillus thronus, Marcellius appellatus: eius descriptionem uide apud Aecium sermone. 9. cap. 49.

Passum, genera habet laudata: de quibus uide Barbari Corollarium lib. 5.

P A T

Patella, commissura uocatur, quę osse paruo, molli, chartilaginoso tegitur, ubi inferi ora coxarum capita media sinuantur: quo facilius excipi a cruribus possint.

Pathagnomica, Lege, Medicinę partes.

Pathemata, sensuum alterationes, in uisu, in motu, & in reliquis omnibus. Vocat etiā et uoluptatem Pathema Galenus libro de Symptomatum differentijs, atq; in totum omnem motum, quicumq; procedit ab altero in alterum. Vide, Pathos.

Pati dicitur, quod motum habet ab alio.

Patibulum, est ferra lignea.

$\pi\acute{\alpha}\tau\theta$, in Gręcis latius q̄ febris est. Definitur ab Galeno in Definition. alicuius, aliquarumue naturę operationum impedimentum, uel uitium. Vel,

Patos, cœnum atq; lutum ceromati permixtum: cui si sudor accesserit, Conifalon uocari dicunt, ab ijs, qui nimis Attici uideri uolunt. Vide, Ceroma.

Pathos item & Pathema appellatur, quicquid aliquis perpeffus fuerit. Galenus ex sententia Platonis, lib. de differentijs symptomatum.

P A V

Pauicula, instrumentum est a pauendo dictum. Est enim pauire, ferire, percutere, solidare. Vnde pauimenta nomen acceperunt. Cato Portius: Comminuito terram pauicula, aut cylindro coęquato. Colum. lib. 11. cap. 3.

Pauo, Plinius lib. 10. cap. 20.

Pauone primum in India uiso, Alexandrū ferunt admiratum: prohibuisseq; edicto, ne quis eam necaret. In Gręciam a Barbaris translata, diu quęstui fuit. Aelianus.

Pausea, genus est oliuę, quę & Posia nomi

P A

natur: Cuius meminit Maro illo uersu:
Orchite, & Radij, & amara pausia bacca,
Columella lib. 12. cap. 46.

Pausia, a pariendo oliua.

Paulinum antidotum, ferunt ab excellentia
sic inscriptum.

Paulus uniuersam medicinam a Galeno et
Orobasio, per inumeros fere libros tradi-
tam, in septem libros cōpendiose redegit.
Suidas. παῦλος ἀιγινήτης ἰατρὸς, ἔγρα-
ψε ἰατρικὰ βιβλία διάφορα.

P A X

Paxillus, diminutiuum a palo.

P E A

πέσος, uel πέσος, nostri non tam barbare,
quam etiam non uere Pessaria uocauerūt
hactenus. Est autē, ut inquit Paulus, Pes-
sululus pectica lana, quodcumq; aliud teres
digiti humani forma, quo medicamenta
substinentur, utiq; ijs præcipue ad ciendas
muliebres purgationes.

P E C

Pechya, maior cubitus dicitur, similiter &
Parapechion: finem uero eius Carpum,
Plinius uocat brachiale, ossibus compa-
ctum octo: cui quod præiacet, uocant Pro
carpion.

πέχυσ, os maius brachij, id est, cubitus.

Peciolus, diminutiuum a pede. Vide, Pe-
dicinus.

Pecten. Lege, ἀτείς

Pectines in mari ex concharum genere. Pli-
nius lib. 9. cap. 33.

Pecton, Symphyton alterum, apud Diosc.
lib. 4. cap. 12.

Pectunculi, sagittæ modo uolantes pisces.
Plin. lib. 9. cap. 29. Diminutiuum a pecti-
ne piscis.

Pectus, communiter omnes uocant portio-
nem ossibus constipatam, cōmunitamq;
Vulgus, & Auicennæ interpres Cassum
uocant, ab spacio, ut opinor, intus uacan-
te, inaniq;.

Pecuarius, custos pecoris, quem & pastora-
lem uocant, Colum. lib. 7. cap. 12.

P E D

Pedalion, Pelygonium, apud Dioscor. lib.
4. capite. 5.

Pedamentum, uitis sustentaculum.

Pedandæ uineæ, id est, pedamentis, siue pa-
lis muniendę. Dicimus palum, pedamen,
pedamentum, statumen, rullam, pro ad-

P E

miniculo atq; fulcumento, quo uitis innixa
recta consistit, Colum. lib. 4. cap. 13.

Pedem græci πόδα uocant, a quiescendi ra-
tione, ἀπὸ τῆς πᾶναι, uel a πόρος, quod
mentum significat, elisa litera ς, & cōtra-
ctione duplicis uocalis ι, & υ, qui mos gre-
cis frequens. Vocatur & pars ea κώλου
proprie. Vnde etiam Iphiclus dicitur, qua-
si Iphicolus, ex pedum celeritate. Pes item
quandoq; dicitur σκαρβμὸς, ut inquit Eu-
stachius: quanquam uox ea & cursum si-
gnat, & basin.

Pedes apud Varronem, alicubi pro pedicu-
lo leges.

Pedibus adeo uelox fuit Polymnestor, ut
cursu leporem consequeretur. Solin. ca. 6.
Philippides mille ducenta stadia cucurrīt,
Et Philonides Alexandri cursor, mille du-
centa stadia cucurrīt uno die. Præterea pu-
er quidam octo annorū, cucurrīt quadra-
ginta milia passuum a meridie ad uesperū.
Totum apud Solinum cap. 6.

Pæderota, & herbæ, & unguenti nomen,
apud Dioscor. lib. 3. cap. 18. & inibi in Co-
rollario Barbari.

Pedesis, saltus sanguinis, de quo uide Gale-
num lib. 3. de causis Symptomatum.

Pedicularis herba, Stafisagria, apud Diosc.
lib. 4. cap. 158.

Pedicularis herba. Alia est herba quam pe-
culiarem uocant, quæ græce dicitur Psyl-
lion. Habet enim semen simile pulici: un-
de & nomen. ψύλλα, græca uoce pulex di-
citur. Lib. 6. cap. 29.

Pedicianus, idem quod pes dicitur: & Pe-
ciolus.

Pædinon, Eleoselinon, apud Dioscoridem
lib. 3. cap. 73.

Pediculi, Pecioli, Pedicini dicuntur, quibus
fructus in arboribus cōtinentur, quasi par-
ui pedes. Columella lib. 12. cap. 44.

Pediculatio, id quod Græci diserte φθειρία
uocant.

Pediculari morbo perijt Pherecydes Tra-
gædus, autor Serenus Poeta, Sed quis nō
paueat Pherecydis fata tragædij: Qui ni-
mia sudore fluens, animalia tetra Eduxit,
turpi miserum quę morte tulerunt. Sylla
quoq; infelix, tali languore peresus, Cor-
ruit, & fœdo se uidit ab agmine uinci. Me-
minit & Plinius libro septimo, capite qua-
dragesimo quarto.

P E

Pediculi ferales, qui in pthiriasi enascuntur in toto corpore: nunc consuetæ & simplicis formæ: nunc ignoti, id est, latiores, & durim magis, & sequentes morsibus, uehementer.

P AE

Pæan, lapis Macedonicus, apud Solinum capite. 14.

Pædotribæ, magistri, gymnasijs reuictores. Pæminosa dicuntur apud Varronem, quæ mali sunt odoris.

Pæxonem & Apollinem primos fuisse Medicinæ inuentores, duo insignes Poetæ testantur, Homerus, & Ouidius. De Pæxone quidē Homer. in *δ*, *Odyss.* φάρμακα πολλά μὲν ἰδὲ λὰ μεμιγμένα, πολλά δὲ λύγχα ἰατρῶν δὲ ἑκάστος ἐπισάμεν & περὶ πάντων ἀνθρώπων ἢ γὰρ παιήον & ἔισι γένεθλην. De Apolline Ouid. lib. *Meta.* 1. Inuentum medicina meū est, opiferq; per orbem Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.

P E G

Peganon, Tussilago, uel Bechion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 124.

πήγανον, Ruta, de qua uide Dioscoridem libro. 3. cap. 50.

πηγαί, Lege, ῥαντῆρες.

Pegasi, equino capite uolucres. Plin. lib. 10. cap. 49. Sunt autem pennati equi, & cornibus armati. Idem lib. 8. cap. 21.

Pegrina, uitis nigra, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 195.

P E L

Pelagia, purpuræ genus.

Pelamis, Ex thynno nascitur Cordyla, quæ a limo Pelamis incipit uocari: quasi limaria, & limosa: ubi annuū tempus excessit, appellatur Thynnus. Colum. lib. 8. ca. 17. Plin. lib. 9. cap. 15.

Pelani, panes cōmunes, qui dijs omnibus sacrificabantur: fiebant illi ex tenuiss. farina.

Pelias, De Peliade, & Elape, require apud Aecium serm. 13. cap. 32.

πέλλα ποιμενικόν ἀγγεῖον, λέγεται δὲ οὕτω ἢ μέλαινα. Theocr. interp.

Pelagos, Daphnoides, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 149.

Pelecinos, Hippophaes, apud Dioscoridē lib. 4. cap. 165.

Pelecinum, Hedyfarum, apud Dioscoridē lib. 4. cap. 147.

Pelethronia, Centaurea: sic dicta, a Thessa-

P E

liæ monte, in quo Lapithæ quondam equitandi perita gens, fræna & gyros, ut Poeta cecinit, alios docuerunt, inter quos & Chiron censebatur.

Peliomata, ea fere quæ & Hypopia, & sigillata, apud Paulum Aegin. lib. 3. cap. 24.

Pelicanus, seu Pelicanis, sic enim appellat Aristoteles lib. 8. Plinius Plateam appellat. Cicero. 2. de natura Deorū Plateam, auis est aquatilis, fluuiatiles conchas deuorans: quas ubi cōcoxerit, euomit, ut postea facile disruminatas edat. Aelianus.

πέλμα, infima pedis regio, Latini pelmam appellant, seu dorsa pedum pelmata sunt.

Pelonitis, Geranion, apud Dioscoridem libro. 3. cap. 129.

Peloridae, Lege, Chamae.

Pelorinae, Lege, Chamae.

Pelops, Galeni præceptor, ut meminit ipse met de locis affect. lib. 4. cap. 7.

Pelta, id est, Coracinus, piscis Nilii.

Pelusiacus potus, id est, Zythum.

P E M

Pemmata, Lege, Itria.

πέμπελ & , qui extrema senectæ laborat, ἀπὸ τοῦ πέμπεδ' εἰς τὴν ἄδου, id est, a mittēdo in pompam quæ ducit ad manes. Galen. de sanīt. tuend.

P E N

Penelopes, anserum genus, a quibus educata Penelope traditur, cum proijceretur in altum ab Icaro patre, & Peribœa matre reiecta: unde nomen sumpsit.

Penis, uirile membrū. Celsus appellat Colem. Rectius uero græce καυλός, a quibusdam etiam Muto, onis.

Pendamyron, compositio quæ a quinque rebus commixta consistit.

Penthaomœon, Glycyrrhiza, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 6.

Pentaphyllon, Quinq;folium, apud Diosc. lib. 4. cap. 45. Vide Herbarij nostri tom. 2.

Pentheron, Capparis.

Pentoboron, Pæonia, apud Dioscoridem libro. 3. cap. 158.

πενταδάκτυλος, id est, Palma Christi, uenelbaum. De ea sic meminit Manardus, Pentaphyllon ego nō uulgarem radicem accipiendam puto, sed eius quam Tormentillam uocant, quā licet septemfoliam maiore ex parte in Italia uideamus, hic, hoc est, in Pannonia, sepe uidi quinquefoliam.

P E

P E O

Peole uocantur, media producta, qui ex in-
temperantia coitus pereunt: a peos, quod
ueretrum, siue pudendum significat.

Pæonia, Chelidonia. Dioscor. libro secun-
do, capite. 200. Pingitur hæc ab eodem Di-
oscoride, lib. 3. cap. 158.

Pæonion, Pæonia, apud Dioscoridem libro
3. cap. 158.

P E P

Peplion, Peplis, apud Dioscoridem libr. 4.
capite. 180.

Peplis, syluestris Portulaca, apud Dioscor.
lib. 4. cap. 180.

Peplos, ex una tenui radice fruticata, est a-
pud Dioscoridem lib. 4. cap. 179.

πέπλω, non tam ad stomachum refertur &
cocturam eius, quam ad abscessuū quoq;
& fructuum maturationem. Sic passim uti-
tur ea Theophrastus.

Pepalis, farinæ pollen.

Pepo, a Græcis πέπων, a Theophrasto Si-
cyos, & Persicyos dictus, a Polluce σπερ-
ματίας, cucumerum generi attribuitur. Si-
quidem cum magnitudine excessere, pe-
pones uocantur.

Pepirion, sic Nicander Piper uocat, non
πίπερι.

P E R

Peracuti morbi. Lege, Morborū quidam.
Peraticum uocant Bdellion, quod ex Me-
dia affertur. Lege, Siliqua.

Perca, piscis. Plin. lib. 9. cap. 16.

Percussus, id quod uulgo uocabulo uoca-
mus pulsus cordis, græce σφυγμός.

Perdices Beociæ non transuolant fines si-
os. Et inibi de Perdibus plura apud So-
linum cap. 12. & Plinium lib. 10. cap. 23.

Perdicias, ea quæ & Vitrago.

Perdicium, id est, crocum. Vocatur autem
Perdicium, quod Perdices se ad id uolu-
rent, terramq; suffodiant. Theophr. cap. 11.

Perfecta causa. Lege, Causarum aliæ.

Perforata, alio nomine Fuga dæmonū, Dæ-
monifuga: ea est quæ apud Dioscor. Hipe-
ricon, uel herba S. Ioannis. Noxios malo-
rum dæmonū uapores a nobis arcere cre-
ditur, maxime in debito signo collecta: ut
testatur Marsilius Ficinus lib. 3. capite. 14.
de triplici uita.

Pergalia, Argemone.

περικαυσά, id est, ambusta.

P E

περικάρδιον, tegumentum id, quod ueluti
tunica cordi circundatur.

Periclymenon, aliud ab Clymeno, & Peri-
clymeno, eiusdem tamē generis. Vide Di-
oscor. lib. 4. cap. 16.

Periclymenon, Volucrum, apud Dioscor.
lib. 4. cap. 15.

περικράνιον, exterior caluariæ membrana,
membranula neruosa, totam comprehen-
dens caluariam.

Periculosus morbus. Lege, Morborū diffe-
rentias.

περίνεον, id est, semen.

Perineon, intercapedo inter anum & pu-
dendum.

Periodus, est ex intensione & remissione in
ægritudine tempus. Vel,

Periodus, est statuto tempore circumitus,
& morbi recursio, quando cerebrum ani-
malem habet uirtutem: & huius pars prin-
ceps, quæ ratio & intellectus, siue mens
ipsa est.

περιφίμωσις, ubi eousq; cōtrahitur coli ner-
uus, ut contrahi non possit. Nascitur aut
ob cicatricem quæ in præputio creuit, aut
ob carnis incrementum, quæ illi coaluerit.
Significat autem græce φύμωσις, nexus in
peris & facculis a superiore parte, quoties
toto sacculi oris ambitu in angustum colle-
cto funiculo relegatur. Cui nexui simile
hoc malum in græcis nomen inuenit. Fit
in mulieribus simile hoc malū, clauditurq;
uulua, ut nihil possit subintrare. Alio no-
mine etiam τρητὸν dictum. Fit ex hulce-
ratione, uel inflammatione, & alijs subin-
de causis. Vide Paulum lib. 6. cap. 55.

Peripneumonia, est inflammatio pulmonis
cum febre acuta, & difficultate spirandi.

περίπρωσις, incidentia.

περίπρωμα, id est, excrementum.

Periscelides, quæ uulgo gremialia. Vnde et
Menander puellas gestare Periscelides
scribit.

περισκυφισμός, id est, incisio circa styphiū,
id est, caluariam. Vide apud Paulum libr.
6. capite. 7.

περισεγά, dicitur columba. Vnde Peristere-
onas, uocant columbaria, quæ & Periste-
rotrophia nominantur: quamuis proprie
columbaria dicantur nidificia columbarū,
quæ singulis paribus fiunt intra Peristero-
trophion; quæ, ut docet M. Varro, debent

esse rotunda in ordine crebra, ita uti singula habeant os quo introire & exire possint. Peristereos uocatur itē herba caule alto, foliato cacumine, columbis admodum familiaris: unde & nomen. Hanc habentes, negant latrari a canibus. Colu. lib. 8. ca. 1. *περιστροφεῖον*, columbarum locus, ubi aluntur.

Peristerion, Fumus terræ, herba apud Dioscoridem libro .4. cap. 111.

Peritome, est ablatio pellis eius, quæ colē ipsum tegit.

Peritonæum, membrana, quæ intestina omnia cōtinet, tam in hominibus quam in pecudibus.

περίζωμα, cinctum Theodorus transtulit. *περιχαράκτηρ*, instrumentum quo gingiue scarificantur.

περίπλωμα, superuacaneū aliqd' retrimētū.

περίπλωσις, empiricorū incidētia nugatoria. Meminit eius Galen. lib. 1. κατὰ γένη.

περιρραπίδες, palmarum termites.

Perinæon. Vide, Oreon.

Perniciosus morbus. Lege, Morborum.

Perosis, est naturalis actiōis offensa, siue impedimētū, uel cuiusdā particulæ ablatio.

Perpensa, id est, Asarum.

Per se, significat idem quod primo: per accidens, idem quod secūdo. Galenus de morborum different.

Persea, arbor est in Aegypto, fructū ferēs cibo idoneum, stomachoq; utilem, in quo phalangia *κρανοκόλαπτα* inueniūtur, præsertim in Thebaide. Dioscorides lib. 1.

Per se pollens, Artemisia maior, apud Barbarum in corollario.

Persephonion, Lege, Rhamnum.

Persica, cognomentum Enulæ Campanæ, grece *περσική*.

Persica poma, ex Perside sic dicta esse, unde primū aduecta sint, uel pomi ipsius ipsum nomen indicat.

Persica Doracina, quasi duratina. sic enim quædam nominantur ab Aecio, et Paulo.

Persica Gallica, Asiatica, sabina, popularia, Supernacia, Armenica, & id genus quædam alia Hermol. Barbarus annotauit in Corollar.

Perspiratio, est aeris attractio minime uoluntaria a calore naturali per cutē, in ipsas arterias. Aut sic: Perspiratio, est a corpore attractio aeris cum appetitu naturali per

totū corpus, & rursus per exitus excretio.

Persis, hederā apud Dioscor. lib. 2. cap. 199.

Persicaria quid reuera sit, lege, Hydropi peri.

Perfolata, Arction apud Diosc. li. 4. ca. 109.

Perfolyton, Arction apud Dioscoridem libro quarto, capite. 108.

Personata, Arction apud Diosc. 4. cap. 108.

Perticalis salix. Duo sunt genera salicum.

Sunt uiminales, ex quibus uimina fiunt et uincula. Sūt perticales, ex quibus perticæ ceduntur. Viminalis salix est humilior, perticalis sublimior. Colum. lib. 4. cap. 31.

P E S

Pes accipitris, Lychnis agria, apud Diosc. libro .3. capite. 114. Quancq; accipitrinum

pedem quidam uocāt, quæ est hodie Corneola, folio salicis fere pusillo, flore sublueteo, cum siliquis ciceri similibus: & in his semen colore rubeo. Vide Barbari corol.

Pes totū id uocatur, quod astragalus subest.

Pes leporis, Lagopus, apud Dioscoridem libro quarto capite. 20.

Pes gallinaceus, cauliculo est dodrantali, aut maiore, hirsuto, folijs apio similibus, feniculi modo per extrema multifidis, hispidesq; candida in cacumine umbella struiter olente. Non est coronopus, ut quidā falso existimant, sed Dauci generis, eiusq; figuram, incisionem foliorum, umbellam item adeo referens, ut a quibusdam Daurus credatur. Vide de hoc in Herbarij nostri Tomo secundo, & supra dictione Coronopus.

Pes gallinaceus, non ille quem uulgate nomine pedem galli uocamus, sed Thlaspi. Lege, Thlaspi.

Pes locustæ, quæ sit herba, lege, in dictione, Locustam.

Pes pulli, Pes galli, Pes gallinaceus, idem.

Pesede, Peonia apud Diosc. lib. 3. cap. 158.

Pessarium fit formæ oblongæ, aliquādo rotundæ, & immittitur in matricem & uulnam ad menstrua uel prouocanda, uel restringenda. Cōficitur de rebus appropriatis, puluerizatis, et confertis cum aliquo liquore, electuario, in panno tenuissimo inuolutum.

Pessulus, lana peccita, & quodcumq; aliud teres, digiti humani speciem præferens, in quo medicamēta sustinētur, græci *πεσός*. Paulus libro .3. capite. 61.

πείσους, & Pessaria, medicamenta compo-
sita, molli lana excipiuntur, eaq; lana natu-
ralibus femineis conditur.

Pestilentiam Homerus solam *πόσος* uocat.

Nullū huic unq; remediū adhibitū fere
a ueteribus, præterquam fugę & secessus.

Pestilens febris, lege: Febris.

Pestis, est morbus in omnes, uel quāpluri-
mos sæuiens, ad aëris corruptionem initi-
um habēs. Vel, Pestis item generatur ex
aeris flatu. Lege, Hippo. de flatib.

Pestis nihil aliud est, q̄ aeris mors, qui no-
xam qua afficitur, in omnium necē effun-
dit: quibus quidem ipsis participibus ani-
mæ esse contingit. Philo Iudæus.

Pestis, & pestilētia quid sit, require in dicti-
one. Morbi qui uno tempore grassantur.

P E T

Petasites, Arction apud Dioscoridem &
Plinium lib. 4. capite. 108.

Petasites, a petaso dicta, alia ab arctio, quod
pileum significat: unde petasiti, id est, pile-
ati. Apud Catullū enim ita Castor & Pol-
lux dicuntur. Nec aliud in Mercurio petas-
us est, q̄ Galerus, Quanquā Lactantius
grammaticus & alas, & talaria contineri
credidit in ea uoce: quasi petasum pro pin-
na capiant. Cum legendum sit, non petas-
um, sed petalon, quocunq; loco pinna si-
gnificatur, ita enim Græci etiam frondem
uocant, ut est apud Iulium Pollucem. De
petasite, uide apud Diosc. lib. 4. cap. 109.

Petalides, & Iarinæ sues, porci pingues &
opimi.

Petali uituli appellantur, dum patula habe-
re cornua incipiunt.

Petrea, cugnomentum Capparis.

Petridij, & Miconis mentionem Plinius fa-
cit libro. 20. capite. 23. Scripserunt autē hi
ῥιζοτομούμενα, & Ophiaca.

Petrificatio, oculi, & palbeprarum eiusdem
morbus.

Petrina, Tussilago, uel Bechion, apud Dio-
scoridem lib. 3. capite. 124.

Petron, Diocli Carystio successit, ut memi-
nit Celsus lib. 3. cap. 9. Miro modo ille fe-
brium morbos curabat, nempe per contra-
ria. Febricitantem enim ubi acceperat, si-
mul calorem ingentem, sitimq; excitabat.
Deinde ubi paululum remitti cœpisset fe-
bris, aquam frigidā potui dabat: quæ si mo-
uisset sudorem, explicuisse se ægrum dice-

bat: si nō mouerat, plus aquę frigide inge-
rebat, & tū uomere cogebat. Si alterutro
modo liberasset, protinus suillam affam, et
uinum pottii dabat. Si non liberabat, deco-
quebat aquā, sale adiecto, eamq; bibere co-
gebat: ut mouendo uentrem purgaret. Et
intra hæc omnis medicina eius cōsistebat.

Petrophyes, Aizoum paruum, apud Dio-
scoridem libro. 4. cap. 92.

Petroselinon, Oreoselinō, exponitur apud
Diosc. lib. 3. cap. 74. & 75.

Petroselinum, Apium est hortulanum: atq;
de hoc uide plura in Herbarij nostri tomo
secundo. Nam quod uulgo Petroselinum
uocamus, uel apium est, ab antiquis dictū
hortulanum: uel quicquid tandem sit, con-
stat eius semen non id esse quod Theriacæ
miscendum iussit Andromachus. præfer-
tur enim reliquis, Galeno teste, Macedo-
nicum, & macedonicis extreaticū: in hoc
alia excellens, q̄ amarissimū & acerrimū
existit. Nostratis autem semen, ut acredi-
nis cuiusdam particeps forte uideri possit,
omni tamē prorsus caret amaritudine: sed
postq; Macedonico carendum erat, utinā
Epiroticum haberemus quod Galeni tem-
pore (tāta erat uerīgmulatio) in Macedo-
niam per Thessalonicem apportabatur,
ut pro Macedonico, uendi posset. Recen-
tiorum autem negligentia effecit, ut Ma-
cedonico, & Epirotico carentes, Apij cō-
munis semine pro eo utamur.

Petrus Leo mediocriter doctus habitus est,
& multi iudicij, sed plane infortunatus: tā
iniquę enim successerūt illi omnia, ut cum
ad Laurentiū medices accersiretur, parūq;
feliciter cederēt quæ adhibebat medicamē-
na, melancholia arreptus, in puteū se præ-
cipitauerit.

Petrus Apponius, ille est, quem Concilia-
torem uocant uulgo, Theoricus medicus,
sed plane doctissimus & acutissimus. Bo-
noniæ docuit, ac decessit fere octogenari-
us. Tāta fuit eius celebritas, ut uocatus ad
ægrotos, nō minoris conduci se pateretur
(idq; extra urbē) quā, 50. florenis in singu-
los dies. Vocatus ab Honorio Pōtifice. 4.
centum statui sibi paciscebatur: sed cum sa-
nitatē ille recuperasset, mille donatus fuit.
Peti, in oculis dicuntur modice deprauati. Id
quod cum uenustate potius, quam deho-
nestamēto. Vnde Venus oculo peto esse

P H A

eriere cynanchen, & paracynanchen.
 Pharmacum *καταγώγιον*, restrictiuū sitis,
 describitur ab Paulo. lib. 2. capite. 53.
 Pharmacum Indicum, apud Hippocratem
 medicamentū quo feminae quibus anima
 foetet, ora sibi colluunt.
φασγάνον, id est, Aspalathus, a uulneran-
 do, ni fallor: siquidem cum spina sit, facil-
 lime pungit.
 Phasganon, xanthion, uel Lappa apud Di-
 oscoridem libro. 4. capite. 139.
 Pharmacum Aegyptium, apud Aeciū ser-
 mone duodecimo cap. 24.
 Pharmacum Galenicū, apud Aecium ser-
 mone. 12. capite. 23.
 Pharmacum Oxyporum, quod uirtutem
 habet cito penetrandi.
 Pharmacum Polyetes, id est, annosum.
 Pharmaceutica uocatur medicinae pars illa,
 quae p̄ medicamēta absoluitur perficiturq̄.
 Pharicum, per omnia sapore & gustu nar-
 dum imitatur. In potu sumptum, cū men-
 tis alienatione & neruorū conuulsione pa-
 ralytim adfert. Paulus lib. 5. cap. 53.
 Phasiolos, Isopyros, apud Dio. li. 4. ca. 122.
φάσσα, palumbus.
 Phaselus. Lege, Phasiolus.
 Phasganon, Xiphion, apud Dio. li. 4. ca. 23.
 Phasiolus. Lege, Dolichos. Habetur et ge-
 nus herbae Phasiolus: Graeci q̄ pro legumi-
 ne Phasiulus, & phasiolus dicunt, nostri
 phaseolum pronunciant, & phaselum.
 Phattaga, in Indis animal crocodilo terre-
 stri simile, magnitudine catuli melitae, pel-
 le squamosa, & aspera, ita ut ferrum etiam
 hebetet. Aelianus.
φάτνας, id est, praesepia, uocant dentiū con-
 cavitates, una cum momista. s. *τραωεζή*.
 Momista quid sit, lege, Momistam.
 Phatinus panis, a lente sic dictus.
 Phaulion, cotonei genus inuenimus: quo
 nomine mali quoq̄ genus unum dici me-
 minimus.
 Phaulion dici oleastrū aliquando, Phocion
 grammaticus existimat. Certe *φάυλια*, oli-
 uae genus est Columellae, Plinio, & Grae-
 cis omnibus.
 Phauni. Vide, *ἐφιάλτης*.

P H E

Phemus, medicamēti nomē, ab Martiano
 medico ad coeliacam passionem ordina-
 tum, meminit Aecius sermo. 9. cap. 47.

P H I

Phenice, uel Phenix, uel phenicea, hordei
 folijs, et spica lolij, apud Dios. li. 4. ca. 46.
φάσιφθ, id est, palūbarius, accipitris cog-
 nomen, qui alio nomine uocatur *χαλκίς*.
 Pherusa, Scolymos, uel Carduus, apud
 Dioscoridem libro. 3. cap. 15.
 Pheuxicteron, Aristolochia rotunda, Bar-
 barus in Coroll.
 Pheronobion, lactuca syluestris secundum
 Zoroastem.

P H I

Phicteris. Vide, Porus.
 Philagrius, medicus citatur ab Aecio ser-
 mone. 8. capite. 46. item sermo. 10. cap. 11.
 Philanthropos, Lappa, uel Aparine, apud
 Dioscoridem libro. 3. cap. 103.
φιλιόφης, libidinosus, salax, procax, ex Sa-
 tyris uel sylenis genitus, ut inquit Theoc.
φιλιάρτοι, Medicorū studiosi, non ipsi qui-
 dem ueri medici.
 Philomedion, Chelidonia. Dio. li. 2. ca. 200.
 Philrodotes, Asplenium apud Dioscoridē
 libro. 3. capite. 152.
 Philanthropos, amicus hominis, pro calcu-
 losis confectio apud Nicolaum.
 Philistion Medicus, citatur ab Galeno li. 1.
 cōmentar. in Hippo. de ratione uictus.
 Philistionis fratris nomē nō lego: libri aut-
 em eius Adiutoriorū ab Aurelio magni-
 fice citantur.
 Philippus Cous primus Empiricen dispef-
 cuit ab logica, rationes accipiens ab Hero-
 philo, cuius discipulus fuit. Gal. in Isagog.
 Philippus quidam Alexandri magni medi-
 cus fuit, Anacarnaniensis natione, de quo
 lege historiam apud Qu. Curtium lib. 3.
 De Philippo, & Chryssippi quodam
 discipulo. Et Philippo Epirote.
 Non ignobilis medicus Chryssippi discipu-
 lus. Apud Antigonum regem, amicum
 quendam eius, notae intemperantiae, medi-
 ocriter in hydropico morbo impliciū, ne-
 gauit posse sanari. Cūq̄ alter medicus Epi-
 rotes Philippus se sanaturum pollicitare-
 tur, respōdit, illū ad morbū egri respicere,
 se ad animū. Neq̄ eū res sefellit. Ille enim
 cum summa diligētia, nō medici tantū mo-
 do, sed etiā regis custodiretur, tum malag-
 mata sua deuorādo, bibēdoq̄ suam urinā,
 in exitiū sese precipitauit. Celsus li. 3. ca. 21.
 Philocratis emplastrum conficitur ut est a-
 pud Celsum libro. 5. capite. 19.

Philonium, quod inquit Nicolaus, significat amicum nouum.

φιλογέλωσ, amator risus.

Philosophus, haud dubium quin medicus, citatur ab Aecio sermo. 10. cap. 4.

Philumenos, Medicus, citatur ab Aecio, sermone. 8. cap. 45. serm. item. 11. cap. 20.

φίμωσ, ή φίμωσις, quādo ita contracta glans est in cole, ut nudari non possit. Celsus libro. 7. cap. 25. περιφίμωσις, ubi eousq; cōtrahitur cole neruus ne possit amplius deduci. Nascitur, ut inquit Paulus, aut ob cicatricē quæ in præputio concreuit, aut ob carnis incrementum, quæ illic coaluerit. περιφίμωσις uero in genitalium inflātionibus, quoties deducto præputio glans intumuerit, nec ultra reducto eo operiri ea possit. Et hæc φίμωσις in maribus est. Est autem φίμωσις Græcis nexus, præcipue in peris & sacculis a superiore parte, quoties toto sacculi oris ambitu in angustum collecto, funiculo religatur. Cui nexui simile hoc in Græcis malum nomē inuenit. Nec refert, fiat ne operta præputio glāde in summa præputij parte, an deducto eo citra glandem. ubiq; enim contractus præputij ambitus φίμωσις, id est, angit et claudit, & ut in sacculis in angustum contrahitur: cōtractoq; eo, fit per se ne operta glās nudari possit, cum operta ea factum id malū est. Fit in fœminarum genitalibus idē hoc malum, clauditurq; hoc modo muliebrium locorum ostium: causasq; habet aut exulcerationem, quæ præcessit, aut duratā inflammationem: fitq; aliquādo altius, nō nunquam in summo ore, sæpe etiā in medio spacio. Testantur præterea Medici a principio per se et natura fieri hoc malum. Sed & id patiētes ἀτρεΐτους potius uocāt, quam phimos: significatq; ea uox, nō perforatas, & in utroq; graue fieri impedimētum in coitu, in conceptu, in puerperio, & mensium aliquando purgatione, si quæ locum obstruit caro, aut membrana totū occupauerit spaciū. Hæc Marcellus Vergilius. Causam eius & curā require apud Paulum libro. 6. capite. 55. Vide supra, φίμωσις.

Phimus, præclusio ostioli uulvæ. Curandi ratio eius est apud Paulum lib. 6. cap. 73.

φίνισ, id est Ossifragus, auis postrema inter aquilarum genera, Alienos fœtus cum su-

is alit, quos aquilæ alendi tēdiō eiecerunt. Differt autē ossifragus ab ossifraga, ut inquit Barbarus. Quia ossifraga septimū genus est aquilæ, quæ Barbata dicitur, & Sanguinalis: ossifragus uero, inquit, quem indicauit, laudatus ad colī uitia. quoniam intestinum unum habent, mirabilī natura, omni deuorata conficiendi. Nescio etiam inquit, quā ob rem Ambrosius Fulicā accipiat quam Græci φίνισ uocarunt: cum sit apud Maronem Fulica, ut quibusdam placet, Herodius ex Arato: quē poeta noster ea parte uidetur imitatus, ubi prognostica tempestatum carmini inseruit. Idem Ambrosius Herodium alio loco Sturnum interpretatus est: cū Sturnos Græci φάρασ nominent. Hieronymus Herodiū græco nomine appellat. Serenus uero Herodios accepit, quas nos Diomedæas aues uocamus. Pausanias Herodiorum genus maximum, & pulcherrimū, & augurijs quoq; præditum, uocari tradit ὄκνον. Theodorus Fulicam, quæ ab Aristotele Cephos, siue Cenaphus dicitur, intelligit. Hæc Barbatus. Plura Plinius lib. 30. cap. 7. Dioscorides lib. 2. cap. 58. & Aristot. de animal.

φίνισ, id est, Ossifraga, auis nomen.

Phinus, & φίνισ græce, utrunq; pro Ossifrago, recepti quidā scriptores usurpant.

P H L

Plegmasias, intelligimus aut inflammationes simpliciter, aut eas quæ cū febre sunt. Galenus Aphorif. lib. 1.

Phlegmone, est hulus cū rubedine, & duricie, cum dolore pulsatili, & febre. Dicitur autem Phlegmone, ἀπὸ τῆ φλεγέωσ, id est, ardere: ideo, q̄ locū affectum ardere faciat. Vel est tumor cum dolore & rubore, & inflāmatione citra febrem. Vel Phlegmone, apostema quod est, de carnosis particulis tumidiōribus, simul & inflatis. Vide Galenum lib. de morborū differen.

φλέγωμ, quælibet incensio cum tumore et ulcere. ἀπὸ τῆ φλέγω, id est, ardeo. Lege, Oculorum morbi. Phlegmonum genera require apud Galenum lib. ad Glauconē.

φλεγμὸν τὰσ μήτρας, inflāmatio uulvæ.

Phletoricum corpus, quod oppletū est crassis humoribus.

Phlebotomia, est euacuatio humotū uniuersalis, quæ multitudinem humorum euacuat, qui augmentantur super æqualitatem

ipforum. Auicenna quarta primi.
Phlegma est sicut aqua mixta cum gypso,
 & liquefacta: qui humor delabitur interdum in membra, & fit quasi gypsus lapis, caussatq; podagram.
Phlegma hyalodes, pituita uitrea, omnium aliarum pituitarū frigidissima, cruda, nec dum putrefacta.
Phlomos, Verbascum apud Dioscoridem lib. 4. capite. 105.
Phlonitis, Onosmon apud Dioscor. lib. 3. capite. 149.
φλόμῳ, Enula campana, uel Helenium. Lege, Helenium.
φλοιῶδες, quod corticis speciem & figurā habet.
φλοιὸς καεῖσ, exustus cortex, id est, cinis corticis cremati.
φλύκταινα, ἢ φλυκτίσ, tumor pustula, uel bulla, a φλύω, quod est bullio.
Phlyctena etiam, uel Phlyctis, corneæ in oculo membranæ extuberāns uesicula, uel pustula, ab humore aliquo caussata, Lege, Pustulas Græci uocant.
φλυκτίδες, pustulæ.
Phlyctis, Lege, Exulcerationis oculorum affectus.

P H Oe

Phoenicæ, græci arborem & fructum simul uocant, a colore pini facto utiq; nomine. **φοινικόν** enim, & **φοινίσεσθαι**, puniceo colore rubere est, quo maturi in hac arbore fructus uidentur. Latini arborem Palmam, fructum uero Palmulam dixerunt. Indicat id Suetonius in Claudio, quem in conuiuio & inter epulas obdormiscentē, oliuarum & palmularum assibus ab alijs incessi solitum, scriptor ille ait. Nostra ætas una appellatiōe Dactylos omnes hos fructus dicit: cum tamen proprium genus & nomen Dactyli quondā haberent, qui in palmularum censu, prælonga gracilitate curuati, humanis digitis, quos græci **δάκτυλος** dicunt, similes sunt. Est & auis eius nominis. de qua Plinius libro. 10. Sic dicta genti Syagrorum, q̄ eadem cum palma fortuna sit, mortuæq; ambæ renascantur: putaturq; auis, ex palmæ argumento, quæ una in Syagris mortua, ex seipsa, h̄sdē quibus prius erat pennis referta, renasci credebatur. Quod an ita sit, alij uiderint. Vocatur et **πῶμα**, i. poculū ab Dioscoride.

φοινίξ, Vide, Phoenica.
Phoeniceus color, Lege, Puniceus. Lege, item Baia.
Phoenicobalanus, uocatur palmæ fructus.
Phoenicopteras, phœnix herba, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 15.
Phœnomerides, Vide, Acetabula.
φοινίξ appellatur græce Palma, Vnde uero fructus dependent, Spache. Est & **φοινίξ** herba, de qua infra. Item musicum instrumentum, ab inuentore ita dictum: siue ut alijs placet, quia primum ex doliatica palma cubiti eius facti fuerant.
Phœnix, Elatini unguenti, id est, quod ex abiete fit, cognomen apud Theophr.
Phœnix, aquilæ magnitudine, haud scio an scilicet fabulose, una in toto mundo auis, auri fulgore circa collum, cætera purpureus, ceruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem caputq; plumbeo apice honestate. Plinius lib. decimo, capite secundo.
Phœnigmi, per cutem, uel in cute data opera rubificationes, per frictionem factæ ad corpusculum ipsum tabidū excitandum, græce **φοινιγμοί** apud Paulum lib. tertio, capite decimo octauo.

P H O

Phonasci, qui uocis exercitio in modico utuntur. cuiusmodi sunt cytharædi, præcones, tragædi. Aecius sermone. 8. capite. 51.
φωχθείσ, id est, tostus.
φωνῆσ ἀποκοπή, uox retusa, & quæ in extremam raucedinem incidit.
φῶσ, nigricans circulus, papillam ambiens, id est, lumen.
φῶφοι, quibus est præacuminatum caput, uel ex fatigatione, quā uocāt **ὀφύτωτα**. quale Thyestis caput depinxit Home, in. 2. Ilia.
φοξίχειλοι, labijs eleuatis & prominentibus, quales uulgo uocant Labrones.
φωνῆσ ἀποκοπή uocus abscisio.

P H R

φραγμός, dentium ordo.
Phragnites, Lege, Harundo.
φρήν, mens.
φρένες, Præcordia.
φρένισις, uel **φρενητίσ**, mentis alienatio ad insaniam furoremq; deducens. Serenus. Ex uitio cerebri phrenesis furiosa mouetur. Amissasq; refert frendens amentia uires. Siue calens febris, iactatos exedit artus,

P H R

Siue meri succus, seu frigoris efficit aura.
φρύκην, in hemitritico, & semitertiana hor-
 ror, atq; concussio.

Phrycodes febris. Lege, Febris.

Phrygia, Asplenium, apud Dioscoridem li-
 bro. 3. cap. 152.

Phrygiones, appellati uestiū pictores. Pli-
 nius lib. 8. cap. 48.

Phrygitis, apud Dioscoridem lib. 3. ca. 152.

Phryniōn, Paronychīa, frutex, apud Dios-
 lib. 4. cap. 57.

φρύγος, hoc est, rubeta, rana quæ in uepri-
 bus uiuit, quanq; prius in aquis est, postea
 fit terrestris: pernicioſa hæc ut *χέριδος*,
 grandissima cunctarū, Magnitudo testu-
 dinis parue, geminis quandoq; ueluti cor-
 niculis, ut inquit Plinius lib. 9. cap. 41. &
 51. dorsum exasperat, inflatq; se irata: tam
 proterue audax, ut insiliat in proximum:
 quanquam suspitio se frequentius quam
 morsu uindicās. Buffo inde, ut arbitrat
 Hermolaus Barbarus, dicta, ueneficiorū
 plena, præcipue officulis duobus: quorum
 in sinistro latere inuentum *ἀπόκυννον* uo-
 cant, quia canum impetus cohibeat.

Phrygius lapis, quo infectores in Phrygia
 utuntur, a qua & nomen accepit. Nascitur
 in Cappadocia. Vide Dioscor. lib. 5. ca. 132.

P H T H

Phthoem, quam proprie sic Græci uocant,
 & Athenienses, hanc interdū Hippocra-
 tes Phtisim nominat, quæ pulmonis ulce-
 ra insanabilia consequitur totius corporis,
 & cum febre parua, extenuationem. Gale-
 nus lib. 7. Aphor. 16.

φθύν. Vide, Tabes.

φθύνω. Vide, Tabes.

φθειρίασις, morbus pedicularis. Lege, Pedi-
 culari morbo.

Phthiriasis. Lege, Palpebrarum uitia.

Phthirion, Stafisagria, apud Dioscoridem
 lib. 4. cap. 158.

Phthiroctonon, Stafisagria, apud Dioscor.
 lib. 4. cap. 158.

φθειρία, pediculatio, morbus: de qua plura
 Paulus lib. 3.

φθίσις, pupillæ affectio angustioris factæ, de-
 biliorisq; atq; etiā rugosioris, in qua pau-
 lo maiora se ostentant obiecta. Ratio autē
 est ex condensatione ob siccitatem pro-
 ueniente. Differt ab ea quæ uocatur Atro-
 phia. Siquidem arctat pupillam Phtisis, at

P H V

totum oculum Atrophia minorem facit, et
 humiliorem. Est & pulmonis eius nomi-
 nis affectio.

Phthisis ocularis, quādo pupilla angustior,
 uel latior ex aliquo capitis morbo fit, ex
 quo uisa apparent esse maiora quam sint.

Phthisis item, siue tabes, exulceratio pulmo-
 nis, siue thoracis, gutturis, aut faucium, quæ
 tussim & febres debiles adducit, & totum
 liquefacere corpus solet. Phthisis commu-
 niter dicta est, quæcūq; corporis ruptio, di-
 minutio, tabes, & liquefactio. Phthisis itaq;
 dicta est corporis diminutio, atq; liquefa-
 ctio ab ulcere manans. Dicitur autē Phthi-
 sis a uerbo *φθινεῖν*, quod est diminuo, &
 corrumpto. Lege, Exulcerationis oculorū
 affectus.

Phthisis, Pæonia, apud Dioscoridem libro
 tertio. capite. 158.

P H V

Phu, quod aliqui syluestre nardum appel-
 lant, nascitur in Ponto, folio Olusatris, aut
 Elaphobosci, caule cubitali, aut altiore, le-
 uui, cauo, in purpuram uergente, geniculis
 intercepto: florib. Narcisso proximis, ma-
 ioribus, teneris, radice superius ad digitū
 minoris crassitudinem, ex obliquo uillosa,
 in nigri ueratri, aut iunici odorati modū,
 capillamentis inuicem cōtextis, flauescen-
 tibus, odoratis, cum quadam odoris grau-
 tate, nardum æmulantibus. Vide Diosc.
 lib. 1. dictione Phu, φθ. Plin. lib. 12. cap. 12.
 & lib. 21. cap. 20. In Plinij codicibus corru-
 pte Aliphu, pro Phu legitur.

φθ, & ipsa dicta *ἀγρία νάρδος*.

P H Y

Phycis, piscis. Plin. lib. 9. cap. 26.

Phycos, Coniza, apud Diosc. lib. 3. cap. 135.
φύκος θαλάσσιον, Fucus marinus: quid reue-
 ra sit, & eius genera, uide apud Dioscori-
 dem lib. 4. cap. 101.

φυγέτλος, tumor nō altus, sed latus, in quo
 quiddam pustulæ simile est: dolor, disten-
 tioq; uehemens est, maior quā pro magni-
 tudine tumoris. Celsus lib. 5. cap. 28.

φυλάκον uocant Græci strabonem, cui obli-
 qua sit oculorum acies, abiectaq; a natura
 li uenustate.

Phyleteria, Polemonia, Dioscoridem libro
 quarto, cap. 10.

Phyleterion, Clematis, Dioscoridem libro
 quarto, capite. 9.

P H Y

Phyllandron, in palustribus nascitur: nec plura de ea traduntur. Vide Barbarum in Coroll. lib. 3. cap. 141.

Phyllanthion, cognomento dyticon, apud Democritum, ad purpuram tingendam satis celebre; nec preterea quale id sit monstratur. Barbarus in Coroll. Phyllitidis.

Phyllantes, herba, inter spinosas, sed mitior aculeis, & ab radice tantum foliata. Barbarus in Coroll. Phyllitidis.

φύλλινον μύρον, unguentum liliaceum, seu susinum.

Phyllis, idem quod Phyllitis, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 120.

Phyllos, Leucacantha. Dioscorides libro 3. capite. 21.

Phyllitis, foliosus potius cespes quam planta, ubiq; ad parietum radices nascens. Egit de ea Dioscor. lib. 3. cap. 120. Plinius, libro 21. capite. 16.

Phyllon, musci generis, apud Dioscoridem libro. 3. capite. 141.

Phyllophares, Prassium, uel Marrubium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 115.

Phyllostaphyllon, Capparis.

Phyma, animal, ut inquit Aelian. in quod si quis oculos intendat, ab eoq; inspicitur, iu pallorem, maciemq; incidit, idq; diebus non paucis.

φύμα, tuberculum furunculo simile, sed rotundius, & planius, saepe etiam maius. Nā furunculus oui dimidij magnitudinem raro implet, nunquam excedit: φύμα etiam latius patere consuevit, sed inflammatio, dolorue sub eo minor. Celsus lib. 5. cap. 28.

φύματα, ulcera & tubercula, quę circa glandem oriuntur.

Phyranon, Ammoniacum pingue, & resinosum.

φυσά ή φυσώδες, qui in auribus est spiritus, aut flatus, quem nos uulgo tinnitum, quoties sine grauitate doloris, auditus distentio fit: qui si exit, nihil infert nocumēti.

φύσιν, inter alia uocant etiam uirile pudendum. Sunt qui Fustinum item uocant, ut in carmine obsceno, & apud Horatium: Minusue languet fustinum. Vbi Porphyrio Grammaticus, Fustinū, pro uirili membro posuit, quoniam fascinandis rebus hec membri deformitas apponi solet. Appel- labatur & Verpa apud Catullum. Nam Verpos dicunt Iudæos ex illo Satyrico,

P H Y

Quæsitū ad fontē solos deducere uerpos, Alij infamem uocant digitum. Martialis de Mentula:

Incipit in medios meicre uerpa pedes.

Eius foramen οὐρήτην uocatur. Dicitur & Capros. Capreę uero sunt in natura Cameli prominentes carnes.

Physalis, Vessicaria, uel Halicacabos, apud Dioscor. lib. 4. cap. 75.

Physiognomia, corpus ex Aristotelis, & aliorum dogmatis dijudicat: nō contemnenda scientia, nec impia: Pythagoræ, & ueteribus olim in usu habitā, affirmat Gellius.

Physalis, herba, Halicacabo folia similia habet, ut inquit Aecius sermone undecimo, capite uigesimo nono.

Physsonus, id est, bene mentulatus. Nam φύσα, follem, σίνος, mentulam significat graece.

Phyteuma: negat se descripturum Plinius, quasi superuacuum, & ad amatoria tantū utile. Meminit eius Dioscorides libro. 4. capite. 131.

Phytobasila, Leontopodion, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 132.

P I C

Pica, morbus. Lege, Grauidis.

Pica, graece κίηα, plures eodem die commutat uoces: nidificat in arboribus, parit oua nouem. Aristoteles.

Picea. Lege, Pinus.

Piceaster, in Hispania potissimū prouenit, ex qua resina, unde postea pix coquitur, colligitur. Pinus procerior est.

Picerion. Lege, Butyrum.

Pici bitumen. Lege, πιηάσφαλτῶ.

Picorum diuersa genera, & uaria nomina, lege apud Plinium lib. 11. cap. 18.

πικρά, amara.

Picras, Androsace, apud Dioscoridem lib. 3. capite. 151.

Picrochali, id est, amaræ bilis homines, & cholera abundantes. Hippocrates in sententijs Cnidij, uel de ratione uictus.

Picus martius, ex uncorum unguium genere in auspicijs habita. Plinius lib. decimo, capite. 19.

P I E

πίσμα, succus expressus.

P I G

Pignatoxaris, Veratrum album, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 151.

P I

P I L

πίλοι, notæ quæ in uestibus hærentes, eas decolorant. Qua similitudine aliquando in humano uultu, & reliquo corpore maculæ oriuntur, nullo, aut exiguo uitio summam cutem tantum uariantes.

Piliscatio. Lege, *Pistatia*.

Pillulæ, nostrates Medici corrupte pronunciant pro *pilulæ*, a *pila* denominatæ. *Serenus* uocat *Glomeramina* his uersibus: Dilue præterea glomeramina quæ gerit intus Clausa aries, inter geminas coxendicis umbras.

Pilulas Cochias, omnes interpretantur capitales, τὸ ἐτυμον non intelligo.

Pilulæ Ascaiareth, uel ut alij legunt, *Azeiret*, ab Arabicæ linguæ interpretibus exponuntur pro capiralibus.

Pilulæ Auræ, sic dictæ, uiribus & efficacia in exigendis malis succis, auro longe præpollent.

Pilulas Bichichias, arbitror sic dictas, quod tussi medeantur; nisi prorsus Arabica dictio est *Bichichie*.

Pilulæ Castoreæ, a castoreo dictæ.

Pilulæ Arteticæ, sic dictæ sunt, quia pro arthriticis potissimum ualent.

Pilulæ Fetidæ: sic dictas existimant, quia feculentos humores in corpore propellunt: uel ut alijs placet, quia ex male olentibus concinnantur, castoreo scilicet, serapino, & porrorum succo.

Pilulæ de Hermodactylis, uocantur, quia ex *Hermodactylo* potissimum componuntur.

Pilulæ sine quibus esse nolo, ab efficacia quoque nomen sortitæ, quod egre illis careant ægroti.

P I M

πιμελὴ, adeps, axungia.

Pimpinella, *Pampinella*, & *Bipennula*, & *Sanguisorba* ideo uocatur: quoniã uulnibus iniecta, ferrum & spicula facile, ac citra sensum doloris exigat, folio paruo, orbiculata.

P I N

Pinaster, nihil aliud est, quam *pinus syluestris*, mira altitudine, & a medio ramosa, sicut *pinus* in uertice. Copiosorem dat hæc refinam.

πινακίσμοι οἱ ἰχθυνοὶ, scutellæ piscariæ, apud *Aristophanem*.

Pinastellus, id est, *Peucedanum*, herba sata-

P I

ria, scilicet, *Peucedanum*.

Pincerna pluuiarum, *Auster uentus*: sic dictus uulgo, quoniam pluuias uehementer conciliat.

Pinguedo, siue *adeps*, est effusio & distributio nutrimenti in membranis, maxime opere concreta, cōdensataq; & sensus expers.

Pinna, *Concharū generis*, *Plin.* lib. 9. ca. 42.

Pinnother, uel *Pinnyphylax*, comes *Pinnæ conchæ*, id est, squilla parua. Alibi cancer dapis affectator, minimus ex cancerorū genere. *Plin.* lib. 9. cap. 42. & cap. 31.

Pinnula circa unguis, est excrementa carnis, quæ partem unguis operit, tam in pedis, quam in manus pollicibus præcipue eminens: sed in pedibus ex offensione interdū, in manibus ex paronychijs oritur. Curam eius require apud *Paulum* lib. 6. cap. 85. Lege dictiouem, *Pterigia*.

Pinsiti allij. *Allium pinsitum* intelligo id, quod uulgo dicitur *pistum* & *molitū*. *Columella* lib. 6. cap. 6.

Pinso, uel *Piso*, in eodē sensu est, in *pila* tondo, uel molis frango.

Pinula, *Trichomanes*, apud *Dioscoridem* lib. 4. cap. 138.

Pinus, & *Picea*, generi eidem adscribuntur, sed quandam flagitant specierū distinctionem. *Arbores* uulgo cognitæ. *Picea* pinguior ac tenuior folio est, minus alta, atq; recta minus. Præterea conum minorē & nucleos, nucleos quoq; resina perfusos obtinet. *Vtriq; foliū capillamēti* modo prætenue, ac breui seta uillosum. *Vtraq; crassior, duraq; ceu Cupressus*. *Materies candida, & Abieti similior*. *Pinus* ustis radicibus non pullulat, *Picea* repullulat. *Dioscor.* libro. 1. *Plinius* lib. 16. cap. 10. *Theophrastus* libro. 3. capite. 10. & libro. 3. capite. 2. & libro. 9. capite. 1. 2.

Pinus Triuia, *Astragalus*, apud *Dioscoridem* lib. 4. cap. 65.

P I O

Piosis. Lege, *Exulcerationum* quæ in oculis exoriuntur.

P I P

Pipare. Vide, *Veponem*.

Pipare, uocem emittere. *Gallinæ* autem dicuntur *pipare*, sicut oues balare, sues grunire. *Pipatio*, dicitur clamor plorantis, lingua osca. *Colum.* lib. 8. cap. 5.

Piper, in *Caucaaso* prouenit, & in *Oriente*.

P I

Eius duplex fructus: longum, & rotundū.
Plin. lib. 12, cap. 7.

Piper agreste, id est, Agnus castus, ut inquit Dioscorides.

Piperella, Lege, ἀγάμοχορον, & Haormia.

Piperis albi. Tria Piperis genera celebrant scriptores: album, nigrum, longum. Arborea quæ gignunt piper, iunipero sunt similes, siliquæ tostæ sole, faciunt id quod uocatur piper longum. Hoc tostum solibus fit nigrum & rugosum, quod gratius est. Hinc illud Persianum:

Rugosum piper, et pallētis grana cymini.
Apud Horatiū ait Catius ganeæ magister:
Ego fecem primus, & alec primus, et inueni piper album. Galenus in Simplicibus piper album docet feruentis esse naturæ. Columella lib. 12, cap. 56.

πικρὴ βαρυσσθμὸν, id est, piper grauioris ponderis, quale ad compositionem diacalaminthos probat Galen. lib. 4. de ualitudine tuenda.

πικρὰκιον, Acorus. Verum corruptū hic uolunt Dioscoridis textum lib. 1. & legendum esse, Piperapium: quando ita legit Apuleius.

Piper in India nasci, breui arbore, traditur, quæ inter initia prælongū fructum, ueluti siliquam promit. Quod longum Piper est, habet intus aliquid tenue, milio simile, quod tandem imperfectum piper euadit. Id autē suis temporibus adultum, racemos emittit grana ferentes, quæ noscimus. Ea acerba candidum piper faciunt. Longum uero uehementius mordet: & quoniam priusquā ematurescat, decerptum est, subamarū relinquitur. Nigrum tempestiua maturitate colligitur. Cætera uide apud scriptores. Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 12, cap. 7. Theoph. lib. 9, cap. 22.

Piper Strongile, Myrtidanum, rotundum

Piper apud Hippocratem.

Pipillare. Vide, Veponem.

Pipimna. Vide, Veponem.

P I R

Pira crustumæa, quæ ex parte rubent.

Pira lactea, Syria, Decumiana, Pseudodecumiana, Tariana, Onychina, Lateriana, Tyramnana, Acedula, Cucurbitiana, Numidiana, Græcula, Hordeacia, Myrapia, Dolobelliana, Pomponiana, & id genus alia, lege apud Plinium lib. 15, cap. 15, apud

P I

Barbarum in Corollario, quod incipit, Pirum Græci.

Pira phalerna, quæ in eis uis sicci abundat.

P I S

Piscatrix, ranulæ genus in mari.

Pisces quidam dijs sacriati, ut Mullus Proserpinæ, Citharos Apollini, Mercurio Phocas, Libero Patri Cittulus, Apua Veneri, Neptuno Pompilus.

Pisces aspratiles, uel saxatiles, id est, duriores, & asperi.

Piscis austrinus. Duo sunt in signifero pisces: Alter notius, siue austrinus nominatus, quia ad austrū spectat: Alter boreus, quia spectat ad polum arcticum, & regionem borealem. Coniunctio horum piscium nodus uocatur. Colum. lib. 11, cap. 2.

Piscis sacer, qui alias Pompilus.

Piscis sacer, qui dictus sit, apud Homerum lib. 10, & 16, item Plutarchum, doctis. differuit Cœlius lib. 7, ca. 12, & Gellius lib. 2.

Piscina Nymphæa herba, apud Alexandrū lib. 3, cap. 34.

Piscium iuscula. Lege, Recentium piscium.

Piscium fere omnium marinorum tria genera facit Herm. Barb. Nam limosa, inquit, regio planum piscem educat: ut Soleam, Rhombum, Passerem. Harenosi gurgites Auratam, & Deuticen. Saxosum littus Saxatilem, in quibus principatū gulæ tenet Scarus: deinde Turdo, & Merula.

Pison, quiddam ueneni quod clam inest nar-do. Indica uox.

πίσ'ελαιον, e pice fit, separato liquore aquoso, qui supernatat picis, sicut serū lacti. Nam expansa quamdiu pix coquitur supra cortinam uellera madescunt, acceptoq; halitu eius exprimuntur in uas. Officinæ uocant oleum picinum. Probatum maxime e Brucia, ut quæ pinguis sit. Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 23, cap. 4.

Pissoceron, secunda apium structura, Plin. lib. 11, cap. 7.

Pistacia, quæ in Syria gignuntur, pineis nucibus similia sunt, & in nucum genere habentur. Nicander Colophonius Psittacia uocauit. Et alius Nicander Pistiscacia. Sūt qui Listacia, ut Possidonius. Leguntur & Istacia scripta in Poetis. Lege de ea Pliniū lib. 23, cap. 8. Dio. lib. 1, cap. 179. Serap. cap. 59. Pistoch. Gal. de Alimen. li. 2, ca. 28. Officinæ oēs fisticū uel fistica hodie uocāt.

Piscium recentium ius, græce ζομός ἐκ τῶν νεαρῶν εχθύων. De quo uide Dioscoridem libro secundo.

Pissoceros. Lege, Propolis.

Pisus, Pisum, & Pisa, uni tantum Palladio genere foemino dicitur.

Pistrinale, a pistrino. Nam & Plautus pistorum uocat scrophipascos, tanquam scrophas in pistrino pascentes. Columella libro septimo, capite. 9.

Pistlochía, Aristolochiæ species quarta, tenuior quam tertia, densis radicis capillamentis, iunci plenioris crassitudine. Hanc quidam Polyrrhizon nominat, & Satyri- on esse dicunt. De quo uide Barbarum in Coroll. Aristolochiarum.

P I T

Pitaryasis, idem quod Phthiriasis. Lege quid sit Phthiriasis.

Pithion, Tussilago, uel Bechion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 124.

Pituita, frigida est & humida, ad ciborum attractionem, & ad articularum & membrorum motionem a natura constituta.

Pituitam albam consueuere Medici quidam uocare aquæ intercutis speciem: quasi uidelicet sit etiam pituita liuida, uel tanquam sui quidem ratione sit semper alba, sed propter mixtionem quorundam aliorum humorum uerum mutet colorem. Galenus libro. 7.

Aphorif. 29.

Pituitaria, Stafisagria, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 158. & Alexium lib. 5. cap. 40.

Pituita retenta in stomacho recens, id quod uulgo Barbari Materiam uocant peccantem.

πιτυίνος, id est, piceus.

πιτυλίξεν dicitur, si quis summis pedibus ingrediens, tenfas in sublime manus, hanc antrorsum, illam retrorsum celerrime moueat. Hoc exercitamento maxime ante parietem stantes uti solent, quo si quando ab errent, facile pariete apprehenso, erigantur.

Pityra, uel Pityriasis, morbus quem Serenus, Celsus, & Galenus Porriginem uocant. Ab Auicenna & Haliabbate furfur uocatur. Siquidem & uox Græca idem sonat. Decidunt quasi squamæ & furfures de capite cutis particule: in capillo fit frequenter, in barba rarius. ἀπὸ τῆς πίτυρος, quod significat furfures.

Pityrosifis, Chamepitys, uel Aiuga, apud Dioscor. lib. 3. cap. 176.

Pityusa quid sit, uide apud Dioscoridem libro. 4. cap. 176.

πιτῆσφαλτος, nascitur in Apolloniatarum agro, circa Epidamnū. Ea Ceraunij montibus deuoluta, impetu fluminis rapitur, æstuq; in littus expuitur: illic cocta in glebas, mistam bitumini picem redolet. Plinius uocauit pici bitumen, aliquando picem fossilem: parum rei certa indicatione, & in qua parum sibi ipsi conuenit. neque enim potest aliquid simul fossile & liquidum esse. Testantur autem Paulus Aegineta, Epiricij incolæ omnes, & res ipsa, concretam substantiam picis bitumē hoc esse, quod nostra adhuc ætate picandis nauigijs illic in usu est, ex quo uectigal ea gens non negligendum sibi facit. Nascitur autem ad Apolloniam antiquam ciuitatem, quam Strabo libro. 16. Epyroticam appellauit. Stephanus ἰλυρίας dixit esse κατὰ ἐπίδαμνον.

Pityocampe, erugo picearum, aut pinorum.

πιτυρία, panis furfuraceus.

πίτυρον, furfur.

Pityrum, oliuæ genus.

P I V

Piulcum, organum, quod pus extrahit. Galenus Meth. lib. 5.

P I X

Pix nihil aliud est, quam fluxus combustæ in teda sua resinæ. Modum eius adurendi docent Dioscor. lib. 1. Theophr. lib. 9. ca. 2. Plin. libro. 14. cap. 20. lib. 26. cap. 1.

Pix sicca, uel spissa, ab officinis Colophoniam hodie uocatur: tamen si Dioscorides picem liquidam etiam Colophoniam uocet. Annumerantur eius multa genera: scilicet, Pierica e Macedonia, Nemeturica apud Columellam, & quæ in Liguria conficitur, & Allobrogica, quæ corticata dicitur, & Rhetica, & Corracina.

Pix quomodo fiat, uide apud Theophrastum lib. 9. cap. 2. & 3.

Pix fossilis. Lege, πιτῆσφαλτος.

Pix acantha, Chiromion uocant, spinam quandam Indicam, odoratam. Plin. lib. 12. capite. septimo.

P I Z

Pizia. Lege, Oculorum desiderium.

P L A

Placentarum genera, & nomina diuersa, lege apud Coelium libro quinto, capite tricesimo quinto.

Placentarum diuersa genera & nomina, require ex Barb. Coroll. lib. 2. cap. de Lolio. Quanquam nos eadem fere ad uerbū ex Iulio Polluce passim operi huic nostro inseruimus.

Placitis, uel Placodes, Cadmia species, apud Dioscor. lib. 5. cap. 75.

πλαδάριον, non humens simpliciter, sed quod cum humore flaccescit: quale erit, quod natura sua durans, rigensque admissio humore languet, & paulo minus quam dilabitur: oportetque in ἐν τῷ πλαδάριω duo hæc intelligere: humorem, & ex humore infirmitatem.

Plaganion, unguenti genus, teste Barbaro. πλαγία, latera.

Planci, qui pedibus plani sunt. Dicuntur & Ploti, eadem ratione.

Planetæ, & Cymotophleges, græce πλανήται ἢ κυματοφλέγες, hoc est, erronee & fluctuagi, piscium quædam genera, saxatilibus contraria.

Plantaginis descriptionem uide in Herbarij nostri tomo. 1.

Plantarum Scriptores, & Agriculturæ, ex M. Varrone de re Rustica lib. 1. capite. 1.

Qui græce scripserunt dispersim, alius alia de re, sunt plus quinquaginta. Hi sunt quos tu in consilio habere poteris, cum quid consulere uoles. Hieron Siculus, Attalus Philometor, Democritus Physicus, Xenophō Socraricus, Theophrastus Peripatheticus, Aristoteles Peripatheticus, Archytas Pythagoreus, Amphiloachus Atheniensis, Anaxipolis Thasius, Apollonius Pergamæus, Dion Colophonius, Diophanes Nicensis, Epigenes Rhodius, Euegon Thasius, Euphranius Atheniensis, Apollodorus Lænius, Aristophanes Maleotes, Antygonus Cymeus, Agathocles Chius, Ariscandros Atheniensis, Bacchius Milesius, Brion Soleus, Cheresteus Atheniensis, Chereas Atheniensis, Diodorus Priennæus, Aegesias Maronites, Menander Priennæus, Menander Heracleotes, Nicesius maronites, Euphranius Amphipolites, Pythion Rhodius.

De reliquis, quorum quæ fuerit patria, non accipi. Sunt autem, Androcion, Aeschariō, Aristomenes, Athenagoras, Crates, Oades, Dionysius περὶ φυτῶν, Euphoriō, Eubulus, Lysimachus, Mnaseas,

Menestratus, Plautiphanes, Persis, Theophilus. Hi quos dixi, omnes soluta oratione scripserunt easdem res: & quidam etiam uersibus, ut Hesiodus, Astræus, & Menecrates Ephesius.

Platachoriasis, equorum morbus est, cum se ultra naturalem modum diffundit in equis, & animalibus, & eripit uisum: nec ea cura riullo modo potest, ut inquit Vegetius libro. 2. cap. 16.

Platanistas uocant pisces in Gange flumio, rostro Delphini, & cauda, magnitudine autem quindecim cubitorum. Plinius lib. 9. capite. 15.

Platanus, arboris nomen, etiamnum Italiæ cognita, Germaniæ nostræ uulgata non adeo. Descriptionem eius lege apud Dioscoridem.

Platea, nominatur auis aduolans ad eas, quæ se in mari mergunt, & capita earum morsu corripit, donec capturam extorqueat. Plin. lib. 10. cap. 40.

Platea. Lege, Pelicanus.

Platalea. Lege, Pelicanus.

Platea syrina, id est, lata fistula, species Cassiæ fistulæ.

πλατύνωτο, latos humeros habentes.

πλατύφυλλο, id est, Latifolia.

Platyphyllos, Tithymali species septima, apud Diosc. lib. 4. cap. 163.

Platismata. Lege, Itria.

πλατοκύμινο, id est, Cyminum latum.

P L E

Plectronia, Centaureum magnum. Diosc. lib. 3. cap. 7.

Plectrum, coxæ. Vide, Acetabula.

πλημμυρῖς, humidus cuiusdam copia in corpore.

Plenes, palmule e mari palma: nam e femina βαλάνο uocat Iulius Pollux.

πληρωτικὰ ἐλκῶν, repletiva carnis in hunc modum.

Plethora, id est, humorum copia: perperam nostri Medici Plectoriam.

Plethoricum corpus, id est, humoribus refertum.

Plethorialis, repletio humorum.

πλευρά, costa.

Pleuritis, est lateris dolor, & costalis membranae, pertingens usque ad eminentiam & scapulas, cum febre, cumque punctuoso dolore, una cum horrore & frigore, spirandi quoque difficultate, & tussi.

πλευρίτις, ita enim legendum, non pleuritis, in costis apostema asperū, & loetale, a πλευρά, uel πλευρόν qd' significat latus. Pleuritis, laterū cōpunctio fere Plinio uocatur, interdum lateralis dolor, ut .21. lib. Pleuritis, Scordion apd' Dioscor.

πλευρᾶσ πόδι, lateris dolor.

πληρωτικά, per purgatiua.

P L I

Plistonicum in Medicinis Ocimi. 20. libro Plinio capite. 12. morbi genus uidetur. Distillationes, inquit, eo colli, & stomachi inhiberi tradunt, ergo & cœliacis Philistio dedit, & coctum dysentericis, & cōtra plistonicum. Sed fortasse corrupta lectio sit, uti plistonicum non morbi genus, sed auctoris nomen sit: de quo Plinius alias sæpe eodē libro, ut Praxagoras raphanos & iliosis dandos censet, Plistonicus et coliacis. Rursum: Coctū dysentericis, & coliacis Plistonicus.

Plistonicus, medicus, citatur a Plinio libro uigesimo, capite .4.

Plinium secundum iam constans fama Veronensem facit, sub Vespasiano Imperatore, ut indicat eius etiam Epistola naturalis historię præliminaris. Interdum negocia publica administrabat: noctibus uero, & succisuis, ut ipse inquit, tēporibus, opus de naturali historię cōscripsit. Vnus omnium temporis parcissimus dispensator. Perisse dicitur in montis Vesuii incēdio, dū eius causam indagare cuperet. Eius uitā diligentius in Epistolis pingit C. Cecilius Plinius, eius ex sorore nepos.

Pliris arcoticon, Dudū hoc testati sumus, bonam partem nominū medicamentorū, nos nō probe intelligere. Ex hijs est quod apud Nicolaum inscribitur, Pliris arcoticon. Si cui Nicolaus satisfacit, sic habet. Electuarium pliris arcoticon, est completa Medicina, arcoticon principium interpretatur. Cōmentarius sic. Pliris ab auctore nomē habet: arcoticō dicitur, princeps. Bella profecto expositio.

P L V

Plumbum calcinatum, Bleyesch.

Plumbum candidum. Zyñ.

Plumbum nigrum. Bley.

Plumbago, id est, Molibdana. Lege, Molibdana.

Plumbeus color. Lege, Color uarius

Plumbarius lapis, apud Dioscoridem libro quinto, cap. 89.

Plumbum lotum quomodo paratur, uide apud Dioscoridē libro quinto, capite .87.

Plinium libro .34. capite .18.

P N

πνεῦμον, pulmo.

Pneumocaphalon, est eneruatio umbilici, πνευματοκῆλα, testium quotidianum malum: a spiritu sic dictum, qui circa eos in scroto colligitur. Sunt qui uentosum ramicem interpretantur.

Pneumatica organa, dicuntur latine spiritualia.

Pneumatophali uocatur, quibus spiritus & uenti umbilicum extrudunt.

πνευμάτων γενετικός, quod flatus cit.

πνευμων ἄρκει, pulmo ursinus.

πνευμων ἀλώπεκ, pulmo uulpis.

πνευμων ἄρνει, pulmo agninus.

πνευμων θαλάσσι, pulmo marinus.

πνευμων χάρει, pulmo suillus.

πνικτοί. Lege, Oua exaphita.

πνιγάλιον, morbus qui alio nomine uocatur ἐφιάλτης, uel ἐπιβολή, Barbare incubus: nomē olim familiare Themisoni medico, ut inquit Paulus lib. 3. capite. 16.

Pnigitis terra. Lege, Dioscoridem libro. 5. cap. 168.

P O C

Pocillum, a poculo deriuari uideur.

P O D

ποδάγρα, morbus cognitus, uel maxime diuitibus, ἀπὸ τῆς ποδάγρας, id est laboro podagra. Est aut affectus pedibus eueniens, laborem adferens neruis patētibus, quibusdam cum adustione, quibusdā cum frigore.

Podex. Vide, Porus.

P O E

Pœphagus, duplo equi magnitudinem excedit, cauda nigra ac speciosa, mulieribus Indis ad capitis ornatum expetita. Aelianus.

Pœtica, Hedera, apud Dioscoridem libro secundo, capite 199.

ποινενθᾶ ἄλιάρτ, id est, herbosa. Halios tos apud Homerum Iliad. β.

Pœga. Lege, Mergum.

P O G

πύγασ, & γλοῦτον, pro eodem accipi pro dit Ruffus.

P O

P O L

- Polemonia**, uel **Polemonium** apud Dioscoridem .lib. 4. cap. 10.
Polea, fimus caprarum.
Polentam latini uocant id quod Græci ἀλφίτου, & Arabes Sauic.
Polimpega. Lege, Corium.
Polion Veneris, Periclymenum apud Dioscoridem libro .4. capite. 16.
 πολίωσις, humani capilli ante legitimam ætatem, in candidum colorem mutatio.
Polium, atq; Tripolium non modo locorū diuersitate in quibus utraq; gignitur, sed figura insuper, atq; colore ac proprietatibus etiam inter se plurimum differunt. Polium siquidem utriusq; generis, partim in campis, partim in montibus nascitur: Tripolium uero in maritimis tantum locis, quæ unda maris allidit. Polium habet folia canini hominis similia, unde illi apud græcos nomen Tripolium: folijs Isatidis constat, quemadmodum de utroq; scribit Dioscorides, & Plinius ipse confirmat lib. 26. Nā quod apud Plinium legitur de Tripolio, folio satis grossiore, palmo alto, error est codicis: ita enim legi oportet. Tripolium in maritimis nascitur saxis, ubi allidit unda, neq; in mari, neq; in solo, folio Isatidis crassiore, palmeo caule in mucronē diuiso. Hæc enim omnia uerbum fere ex uerbo Plinius ex Dioscoride trāstulit. Nicol. Leonicensis in Annotationib. in errores Plinij. Vide Herbarij nostri tomum .2.
Polium montanū, quale sit, uide apud Dioscoridem libro .3. capite. 122. Plinium uice simo primo, capite .7. libro .26. capite .7. Theophrastum libro primo.
Polium, Serpillū, apud Diosc. lib. 3. cap. 44.
Polion inter alia quæ significat, etiā ab Aristotele pro pulli asinini fimo, qui primū ac repens egestus est, accipitur.
Pollen, a pollo fit, qui est grossissimus puluis.
Pollinctor, curator pistrini: a polline dictū nomen.
Pollen thuris. Vide, Manna.
Pollinem, farinam sine flore autumat Plinius in tritico appellari, quod in siligine uocant florē. Hinc pollinctores dicti, confectoresq; pollinis. Hinc pollinaria cribra, siue excussoria farinaria, quæ ex lino fiūt, non ex setis equorum, ad pollinem pur-

P O

- gandum. Columella libro. 6. capite .29.
Polyanodinos, Cicuta apud Dioscoridem libro quarto, capite. 82.
Polyarchus medicus, citatur ab Galeno.
Polyonymon, Helxine apud Dioscoridem libro quarto, capite .42.
 πολτόσ, puls.
 πολυοπά, quæ largioris sunt succi.
 Si Medici censendi sunt, qui de re medica libros reliquerunt, nō prætermittendi nobis, ut Polybius, Psellus. Scripserūt de salubri uictus ratione Enchiridia, quæ habentur. Polybon etiam quendam Hippocratis discipulū facit Aldus Manucius, haud scio an eum, qui nunc de ratione uictus legitur.
Polycnemon, Cunilē bubulē similis, appingitur, odoratis corymbis, acri & dulci odore. Dioscorides libro tertio, capite. 107.
Polycarpus, Polygonum apud Dioscoridem libro quarto, capite .5.
Polycleti statuæ meminit Galenus de temperamentis libro primo, a fine. Inde nomen sortita, inquit, q̄ partium inter se omnium competentiam ad unguē habeat. Et rursū in arte medicinali. Nullum igitur horum corpus est mediocritatem habens, sed qualis Polycleti regula ad summum totius peruenit mediocritatis. Plura Beroaldus & Cœlius super hoc loco.
Polycleti etiam regulæ passim meminit tū potissimum in arte parua, & libro de temperamentis secundo. Nunc statuam, nunc regulam appellans. Vide alibi, Regula Polycleti.
 πολύκομον, quod succulentum est, & succo abundat.
 πολύκομα, id est, frondosa.
Polydos, Cepe.
Polyides, Saphifragria apud Dioscoridem libro .4. capite. 158.
Polyidos, Veratrum album apud Dioscoridem libro .4. capite. 151.
Polyetes, id est, annosum. Sic Aecius pharmacæ quædam uocat libro nono, capite uicesimo quarto.
 πολυειδής ἑρίγγιον, Polyides Eringium, Rhapsanus, uel Radicula. Lege, Cromion.
Polygala, palmi altitudinē petit, folijs lenticulæ: de qua uide Dioscoridem libro .4. capite .143.

Polygalon, eadem quæ & Polygala, apud
 Dioscoridem libro quarto, capite. 143.
 Polygis, Anethum apud Dio. lib. 3. cap. 65.
 Polygonatum, idē quod Polygonū, apud
 Dioscoridem lib. 4. capite. 5.
 Polygonatum alterum, montanum Poly-
 gonum, de Dioscoride lib. 4. capite. 7.
 Polygonoides, Clematis apud Dioscoridē
 libro quarto, cap. 8.
 Polygonaton, Leucacantha, Dioscorides
 libro tertio, capite. 21.
 Polygonum quid sit, uide apud Dioscoridē
 libro quarto, capite. 5.
 Polymita, plurimis licijs intexta.
 πολύννευρον, Plantago.
 πολυπαιδία, multitudo liberorum, & stu-
 dium pluribus liberis procreandis.
 Polypodium, Filicula, apud Dioscoridem
 libro quarto, capite. 198.
 Polyphyllon, Medion, apud Dioscoridē
 libro quarto, capite. 21.
 Polypremnos. Ne hæc quoq; satis suspe-
 cta quæ sit: nisi q; succo eius ægrotas arbo-
 res oblini præcipiant.
 Polyps. Lege, Papauer.
 Polypus, piscis. Multa eius genera uide a-
 pud Plinium libro. 9. capite. 29.
 Polypus, morbus, dictus a multitudine pe-
 dum. Vt enim illi multas habēt incisiones
 & scissuras, contumescuntq; & crescunt;
 Polypus sic morbus iste eodē modo. Dif-
 fert aut Sarcoma, a polypo magnitudine.
 Celsus diffinit sic. πολυπύς, est caruncu-
 la modo alba, modo subrubra, quæ nariū
 ossi inhæret; modo ad labia pendens, narē
 implet: modo retro, per id foramen, quo
 spiritus a naribus, ad fauces descēdit adeo
 increfcit, uti post uiam cōspici possit; strā
 gulatq; hominem, maxime austro & euro
 flante: fereq; mollis est, raro durior, eoq;
 spiritū impedit, & nares dilatat, quæ fere
 κερκινώδεις est. Itaq; attingi non debet.
 Celsus libro sexto, capite. 8.
 Polypi, curationem require apud Paulum
 libro sexto, capite. 25.
 πολυπύροι τόποι, loca tritico abundantia.
 πολύπυρον, id est, multi frumenti.
 πολύπυς. Vide. κερκινώδεις.
 Polyrrhizon, Epimedium apud Dioscori-
 dem libro quarto, cap. 22.
 Polyrrhizon, Pistolechia, id est, Aristo-
 lochia species quarta; a quibusdam etiam

Satyrion, de quo uide Barbarum in Corol-
 lario Aristolochiæ.
 Polyrrhizon, Polypodium apud Diosco-
 ridem libro quarto, capite. 198.
 Polyrrhizon, Pteris, apud Dioscoridem li-
 bro. 4. capite. 196.
 Polyrrhizon, Veratrum nigrum, apud Di-
 oscoridem libro. 4. cap. 152.
 πολυσαρκία, corpulentia.
 Polytrichon, Capillus Veneris, apud Dio-
 scoridem libro. 4. capite. 130.

P O M

πόμα, potio.
 πώμα, Vide, Phœnica. Onyx.
 Poma Arancia, Citria, idem, secūdum Ma-
 nardum Ferrariensem.
 Poma Montana, Lege, ὄρειμαλίδες.
 Poma Nup:ialia. Lege, Malus Medica.
 Pomorum diuersa genera. Lege, Mala.
 Pomum. Lege, Nux.
 Pomerium, Græce, παράλιος.
 Pompili, piscium genus. Plin. lib. 9. cap. 15.
 Pompilus piscis, quare dictus est olim sa-
 cer, require ex lectionib. Cœlij. li. 7. ca. 12.
 Pomum Granatum. Lege, Punicū malū.
 Pomi nomē generale existimat Barb. ut cō-
 plectatur quicquid apud Græcos ὀπωραὶ
 continēt: in quo significato est cū dicitur
 a Medicis, omne nomen pomum refrige-
 randi & humectandi uim habere, parum
 alere, mali succi esse, autumno plus office-
 re. Inde ὀπωροθήκη, ubi poma custodiun-
 tur. Sed Varro sic dictum existimat, quia
 potu siccitatibus indiget. Differunt tamen
 ὀπωραὶ, ab ἀκρόδρυσις quia: ὀπωραὶ uo-
 cantur, quæcūq; nihil habent exterius
 lignosum. τὰ ἀκρόδρυα uero cōtra, ut ma-
 lum punicum, pistacia, castaneæ, nuces,
 similiaq;. Vtrūq; genus Salgami nomi-
 ne complectuntur latini, a quo Salgamarī-
 us. Cœlius diligens coaceruator multarū
 antiquarum lectionum, lib. 16. capite. 38.
 rem exactius perpēdens, huiusmodi fere
 prodita reliquit. Galenus inquit, περι-
 τροφῶν, id est, de alimentis. Oporas uide-
 tur trifariam distribuere. Alios siquidem
 Demetrius uocat: quo nomine frumenta,
 leguminaq; complectuntur, & id genus
 alia. Valēt autem Græcum nomen, ac si
 Cereales dicas latine. Mox aliud genus
 appellat Horcōs, scribitq; a Græcis Horā,
 tempus id nuncupari, quo exoritur canī-

cula, quod est inquit fere dierum 40. Ex
 ijs fructibus alios esse tradit, iamiam matu
 rescētes; alios uero prēmaturuisse. Alios
 in summo esse statu, aut esse post statum.
 aut ante statum. Addit quoq; se putare nō
 debere dici Horęos, quod eo tantum tem
 pore enascantur, sed ad eorum distinctio
 onem, qui reconduntur. Inter Horęos ue
 ro nominat cucurbitas, pepones, melope
 pones, cucumeres. Demū de Oporis actur
 rus, eo nomine intelligere uidetur arbore
 os fructus, cuiusmodi sunt fici, uue, mora,
 cerasa, poma, persica, & id genus alia. Sal
 gama priores dixisse, quæcūq; conditanea
 ad uictum nostrum, in uasis seruabantur.
 Columel. lib. 13. Hęc uasa dedita opera fie
 ri oportet, patentē ore, & usq; ad imū equa
 lia, nec in modum doliorū formata: ut ex
 emptis ad usum salgamis, quicquid super
 est, equali pondere usq; ad fundura depri
 matur: tum ea res innoxia penora confer
 uet, ubi nō innatent, sed semper sint iure
 submersa. Salgamarios autem dicunt, qui
 Salgama uendunt, aut etiā condiunt. Hęc
 Cœlius.

Pompeius Lenæus, magni Pompeij liber
 tus, homo Romanus, sed grāmaticus ue
 rius q̄ medicus. Plinius li. 25. cap. 1.

Pompholix, est Nil, quod hodie in Myro
 polis sic uocant. De quo uide Manardum
 in fine Epistolarū. Epistola de spodio. egit
 & de pompholige multum Dioscorides
 libro. 5. capite. 76.

P O N

Pondo libras. Quod genus locutionis fre
 quentissimum est apud scriptores, ut pon
 do, ponant pro libra. Vnde ueteres auto
 re Quintiliano dixere duapondo, & tre
 pondo, pro duabus, & pro tribus libris.
 Interdum pondo pro pondere usurpatur.
 Lilius. Corona libræ pondo. Colum. lib.
 sexto, capite sexto.

Ponderū signa, rationes, & usum, in liqui
 dis & aridis, mēsurisq; uide in libello Ga
 leni de Ponderibus & Saladini sentētiā
 de eadem re, infra in fine libri huius.

πόνος, labor, dolor, mala morbi affectio,
 qua in acutis morbis male ægri afficiuntur.
 apud Galenum libro secundo, de ratione
 uictus in morbis acutis.

Pontica; nux, id est, auellana; sic dicta, quod
 in Asiam, et Græciā prima uenit ex Pōto.

Falso Macrob. castaneas nuces interpre
 tatur, ponticas. Sūt qui & Alareas nuces
 cognominent.

Pontica radix, sic appellatur, quam hodie
 uocamus Rheuponticum.

P O P

Popismi quondam magno in usu habiti ad
 uersus fulgetra, ut inquit Plinius, & succi
 nit in Fastis Ouidius.

Poples, posterior incuruatio genu. Plinius
 28. Poplites inquit, alternis genib. imponi.
 Populeon medicamentū, quod ex floribus
 populi conficitur conuiuentibus. Compo
 sitionem eius lege apud Galenum lib. 4.
 de sanitate tuen.

Populeum Myracopon, unguentum po
 puleonis: quod uulgo sic uocatur.

Populorum & gētium uariæ descriptiones
 apud Solinum capite. 25. per totum.

Populi Phanistorum patulas habēt aures,
 adeo, ut illis totum corpus contegant. So
 linus capite. 30.

P O R

Porcas hodie Campani uocant puluinos, si
 ue hortulos in quibus ueluti sulcatim sua
 cuiusq; generis olera seruntur. Id genus
 & Areae dicuntur multis locis, apud Co
 lumellam quoq;. Item,

Porcæ sunt in agris elata terra inter duos
 sulcos, ab eo dictæ, quod frumentum por
 riciant. Nam cum sic aratum est, ut inter
 duos latius distantes sulcos medius cumu
 lus siccam sedem frumētis præbeat, ea por
 ca est. Rustici easdē Liras uocāt. Hinc im
 porcatum semē elegāter dictum, per por
 cas ingestū. Apud Plinium legimus Por
 culēta uocari ab Vmbris & Marsis, inter
 ualla intermissa ad uicinos pedes inter bi
 nas uites arationis gratia. Idem Porcel
 las uocabulo diminutionis uocat. Autu
 mant Grammatici, Porcas in agris dictas
 esse, quod porriciant. i. prohibeant aquā
 frumentis nocere: uel quod porrigent fru
 mentum. Mensura autē Porcæ, est in lon
 gitudine. 25. pedum, in latitudine. 30. Colu
 mella libro secundo, cap. 10.

Porculator proprie is dicitur, qui curat por
 cellos lactētes: porculatio nutritus por
 culorum. Columella lib. 7. cap. 9.

Porceta uocatur, quæ semel peperit sus.
 πόροι ἀκουσικοί, feminales aurium uix.
 πόροι σωματικοί, uix feminales.

Porrigo. Hanc sic nobis pingit Celsus libro 6. cap. 2. Porrigo est, inquit, ubi intet pilos quasi squamulæ surgunt. Hæ quoque a cute resoluntur, & interdum madent. Multæ sepius siccae sunt. Id euenit modo sine ulcere, modo exulcerato loco, modo cum malo odore, modo sine odore, fere in capillo, rarius in barbitio, interdum in supercilio. Quam Serenus ita describit:

Est insensibilis morbus, & noxia firma,
Cum caput in mensa totum porrigine cingit
Copia farris, uti frondentibus edira saxis.

Et Iuuenalis Satyra secunda:

Sicut grex totus in agris

Vnius scabie cadit, & porrigine porci.

Porrigo etiam quid sit. Lege, Pityra.

Porri caput, id genus Porri intelligit, quod uocant capitatum: ad differentiam eius cui sectiuo nomen est: cui autoritatem dedit Nero, uocis gratia uescens eo ex oleo omnibus diebus per menses estatis. Antiqui uolentes facere capitatum Porrum, silice, uel regula subiecta dilatabant. Columella libro undecimo, cap. 3.

Potro Tarentinum, alio nomine dictum, Porrum sectiuum.

Porricidæ, uermiculi iidem qui et Prassocurides dicti.

Porus, & Porrum, utrumque dicitur.

Porocella, a poro, id est, tofo nomen habet: quasi ramicem tofaceum appelles.

Porcus Troianus, per metaphoram olim dictus, refertus intus condimentis plurimis: sicuti equus Troianus militibus. Macrobio aucore.

πῶρον, prima producta, Græci uocant in lapidis duriciem concretam aliqua parte mareriam corporis, uidelicet ossium cicatricem: quæ ubi natura os exigit, necessario querenda: ubi contra naturam ea concreuit, medicamentis disticienda. Pro quo sciendum est, πῶρον Græcis esse terreni quopiam generis, quod durissimum & solidissimum sit. Ideoque passim a latinis Græcum πῶρον, tosum dici: quod id terreni generis omnium durissimum sit. Ex ea similitudine in corporibus nostris Græci πῶρον dixerunt lapidosas duricies, quæ ex podagrâ, articulariue malo in articulis, uel per se in alijs corporis partibus concreunt.

πορονυχία, abcessus, id est, ἀπὸ σήμα, quod ad radices unguium coit.

πῶρον. Vide, Pedem.

Porphyranthes, Liliū syluestre, apud Dioscoridem libro 3. capite 138.

Porphyranthes, Hiacynthus apud Dioscoridum, libro quarto, capite 66.

πορφύραι. Lege, Purpuræ.

Porphyrides, ex auium sunt genere: a Porphyronibus diuersæ, sicut ab utroque Lathiporphyrides, siue Adiporphyrides. Porphyrones a nobis uisi sunt in agro Patuino, inquit Barbarus, allati ex Hispanijs, quas ibi Thalamones appellat, quasi thalamorum & pudicitiae custodes. Et scribit Athenæus, uolucrum hanc pudicitiae habere sensum: ac significare id patrifamilias in cuius domo alitur, non uoce quidem, aut omnino aliter, quam suspendio: nisi Telamones, quasi nutriculas dictas putet. Ita enim Græci altrices uocant. Porphyroni similis est, quæ Tetrax appellatur, ut Athenæo placet, gallos gyllinaceos uincens magnitudine.

Porphyris, Anchusa, apud Dio. li. 4. ca. 26.

πορφυρείδης χρώμα, purpure similis color.

Porphyrus, palmi est magnitudine, capite candidissimo, reliqua purpureus, morsu innocuus. edentulus enim est. Inuenitur in Indiæ locis uadosis. Ceptum, cauda suspendunt, uiuentisque ex ore defluentem liquorem legunt, in uasculis æreis. Alterum item ex iam defuncto liquorem nigrum, similiter in altero uase excipiunt: & hic quidem in esculentis, seu poculentis grano semini fami datus, tabe lenta unius, seu duorum annorum paulatim enecat: ille more cicutæ statim perimunt. Aelianus.

πόρτις. Lege, δάμαλαι.

Portulaca syluestris, Telephium Dioscorides libro 2. capite 207.

Portulaca syluestris folia habet pusilla, ad fatiuram accedentia, sed latiora, hirsutioraque. Nascitur in petrosis, nonnunquam in hortis. Folia oleæ habet, minora multo, plura, & tenera: rubentes cauliculos ex una radice multos in terra sessiles, qui manducati bonum succum pariunt, uiscosi, & aliquantulum falsi. Dioscorides li. 2. Plinius li. 25. cap. 15.

Portulaca. Vide, Andrachne.

Portis, & Portax, id est, iuuenca Græce.

Porus, iter per quod genitura in urinae uias defertur.

Porus, id est, anus, qui excrementis additus

P O

est, quem latini tum podicem, tum anum uocare consueuerunt. Ab Arabibus Phuteris appellatur. quia graeci σφιγκτήρα nuncupant, ab arcendo, constringendoq; ut docuit Galenus. Id uero uerbum graecum nominat σφίγγειν. Appellant item σφαινον, ἢ δακτύλιον, id est, anulum, & sedem. Plinius.

P O S

Poschia. Lege, Aegylops.
 Posculenta, pro poculentis. Quanquā & a posca posculentum deduci potest.
 Posca, uel Pusca, oxycratum, uel acetum aqua mistum, graeci etiam Phuscam, Insurbres, & Ligures Padaui, uinū fecatum, siue Loram uulgo fere poscam nominant. Alij uinum & aquam mistam simul intel-
 ligunt.

Possidonius quidam celebris medicus celebratur a Paulo aegineta lib. de simpl. med. facultat.

P O T

Potamogiton, Tripolium apud Dioscoridem lib. 4. capite. 136.

Potamogiton herba, apud Dioscoridem libro quarto capite. 102.

Patamogiton, Limonion, Beta syluestris, apud Dioscoridem libro quarto, capite de cimo nono.

ποταίνιαι, recentes polentae apud Hippocratem libro secundo de ratione uictus acutorum.

Potera, Capparidis, Magice.

Poterion, apud Dioscoridem libro tertio, capite. 16. Plinius libro uigesimo quinto, capite. 10. lib. 27. cap. 12.

Pothos duplex. Alterum genus hiacynthi flore. Alterum sine colore candidum, quo sepulchra coronabant; a quo & nomen, quasi desyderatis esse dicuntur.

ποτυριάσις quid sit, lege, Pityra.

Potestate esse, secundum Galenum tertio Tēperament. quod quale dicitur, tale nōdum est, sed potest tale esse, ut hominem qui modo natus est, rationalem, & auem uolatilem, & canem uenaticum, et equum celerem: scilicet quod eorum unūquodq; futurū omnino est, si nihil id extrinsecus impediāt, hocce uiam adsit, appellantes.

Potio muscata, a musco sic dicta.

Potio sancti Pauli, est apud Nicolaum; an illius, s. Apostoli, ipse uiderit.

P R

P R A

πραπίδα, Poete interseptum nominant, ut scribit Eustachius: deflexo uerbo ab πρό, καὶ ἰδεῖν, ut sit προβλεπική, ἢ προγνοσική τῶ μέλλοντος φρῆν, id est, praeuidens, ac futura praecipiens mens.

Prasinus color. Lege, Viridis.

Prasij descriptionem uide apud Dioscoridem libro tertio, cap. 118.

Prassocurides, uermiculi qui porros, brassicam, & lactucam corrodunt.

De Praxagora nihil insigne lego, q̄ quod ab Aesculapio genus duxerit, discipulūq; habuerit longe excellentissimum Philotimum, cuius meminit Galen. lib. Method. 2. Citatur & Praxagoras a Galeno aliquoties, tum in definitionibus potissimum.

P R A E

Præcedens causa. Lege, Causarum.

Præcedentia signa praesentiū. Lege, Signū.

Præcedentia signa subsequentium. Ibidem.

Præcedentium futura. Ibidem.

Præcidanea, a præcidendo: quemadmodum succidentia a succidendo; et erat hostia pro frugibus.

Præcia. De his Vergilius, purpureae præciae. Existimat Seruius dici Præcias, quasi præcoquas, ex eo, q̄ & cito murescunt, & ante alias sole coquuntur. Columella libro tertio, capite secundo.

Prædatio, cibi abstractio, apud Aurel. lib. 1. Prædationem cibi, Caelius Aurelianus dixit pro subtractione & abstinentia.

Præincipiētes causae, προκαταρκτικαί, hoc est, iniatriciēs, atq; externae.

Præliganeum uinum, a prælegendo.

πρεμνός, robur, truncus, ramus, caudex ex arbore.

Prænotio, est scientia prænoscendi & præsciendi accidentia, corporibus nostris nonnūquam obuentura.

Præputium, pellicula exterior, quae colic glandem tegit, & quam Iudaei circumcidunt: unde Apellae dicti.

Præputij constrictio quomodo curanda, & quid sit, require apud Paulum libro sexto, capite quinquagesimo quinto.

Præputium mutilum quomodo restituendum, uide. 14. Method. Gal.

Presbiter Indus. Citatur eius pharmacum ad calculosos ab Aecio sermone undecimo, capite undecimo.

Præsentia futurorum. *Lege, Signum.*
 Præsentia signa. *Ibidem.*
 Præsentia præcedentium signa. *Ibidem.*
 Præsentia signa prius factorum. *Lege, Signum.*
 Præsiderare. *Vide, Siderationem.*
 Præsidarij malleoli, qui quasi in præsidio re-
 linquuntur, uitiumque tutela; quales sunt fru-
 ctuarij. Est in uite palmes, quem quidam
 custodem, alij rescem, nonnulli Præsidia-
 rium appellant; a Columella alibi subsidi-
 arius quoque nuncupatur. *Col. lib. 4. cap. 16.*
 Præsepium, herba Atractylis, apud Diosc.
lib. 3. cap. 106.

Pressus color. *Lege, Ater.*

Pressantur, quæcumque agnati corporis uacu-
 os meatus obtinent. *4. Meteor.*

Pressatilia sunt, quæ pulsa colligere sese pos-
 sunt, intro recedente superficie, non distra-
 cta, nec alio demigrante parte alia: id quod
 aqua facit, quippe quæ in sublime resilire
 soleat. *Aristot. 4. Meteor.*

πρησίηρ. *Lege, Fulmen.*

Prester serpens, ictum extemplo sideratio-
 ne quadam reddit immobilem, ac mente
 alienum; mox pilis defluentibus, cum pru-
 ritu, ac uentris solutione absumit.

Præterita futurorum. *Lege, Signum.*

Præterita præsentium. *Ibidem.*

P R I

Priapeion, Viola purpurea, apud Dioscor.
lib. 4. cap. 123.

πριαπισμός, cum coles in longitudine & la-
 titudine totus augetur, nullo stimulante
 ad libidinem desiderio, aut acquisito calo-
 re. *Galen. de locis affect. libro. 6. capite. 6.*

Deducta denominatio a Priapo scilicet.
 Nam hunc, ut cui suapte natura huiusmo-
 di coles esset finxerunt, atque pictura descri-
 pserunt homines.

Priapismi curatio, apud Galenum late *lib.*
14. Methodi.

Primitiua ficus, id est, grossus. Sic enim La-
 tini, quos Græca lingua Olynthos uocat.

Princeps animi pars, quæ regit, gubernatque,
 in profundo cerebri constituta.

Principia uocantur, quæ cum non sint ex alijs,
 neque ex alterutris, ex ipsis omnia alia fiunt.

Principia rerum naturalium, secundum Phi-
 losophorum opinionem, uide apud Vitru-
 uium *lib. 2. cap. 2.*

Principales corporis partes, caput, pectus,
 uenter.

Principia genitalium, id est, præputium, colis,
 secundum Plinium.

Principium morbi, primariam significat mor-
 bi accessionem, quæ nullam adhuc obtinet
 latitudinem; & item eam, quæ ad aliquod
 tempus, non tamen multum extendatur:
 nec non primum ægrotationis tempus. *1.*

Prædictionum *Apho. 12.*

πρίσματα τῶ ξυλῶ, racementa ligni.

Pristes, piscis marinus in Indico mari, *Plin.*
lib. 9. cap. 4.

P R O

πρόκα. *Lege, Cemas.*

Proca, dama. Alij pro primogenijs cerui
 accipiunt.

Procampylon, Abrotonum, apud Diosco-
 ridem *lib. 3. cap. 27.*

Procardion, quod uberibus subest in recessu
 quodam & cavitare. Eandem rationem
 habet quod dicitur *ὑποκάρδιον, ἢ σφαγίη.*
προκάρπιον. *Vide, κάρπῶ.*

προκαταρκτικαί, causæ uocantur, id est, eui-
 dentes, quæ dum aduersam ualitudinem
 creantur, separantur: ut frigus, lassitudo,
 calor, cruditas. *Galenus de causis. Lege,*
Causarum.

Procatarchontes, causæ eadem quæ & Pro-
 catarcticae.

προκυόμεναι, id est, præcedentes, siue in-
 ternæ causæ, quæ ab euidentibus uel præ-
 parantur, uel coadiuuantur. ut sanguinis
 abundantia, nutrimenti copiam soboles est.
Galenus in Isagog.

Procheton, Tussilago, uel Bechion, apud
 Dioscor. *lib. 3. cap. 124.*

πρόχειλον, labiorum prominens pars.

Proceritas. De corporum quorundam imma-
 nitate & monstrositate, uide Solinum *cap. 5.*

προχειφίλτρον, cavitata quæ inest labro su-
 periori.

προχαντήρ, grandius femoris caput, apud
 Galenum *lib. 2. Anatomia.*

Procomion, Polenta ex hordeo recenti, aut
 etiam ex hordeo nondum tosto.

Proconnesus. *Lege, Cemas.*

Proculus, Temisonis sectator, scripsit de
 tardis passionibus.

Procidentia uulua, malum foeminarum gra-
 ue, et quod magna nature iniuria sentitur.
 Fit autem, ubi quæ debuerant intra femi-
 nas latere, ad naturalia, earumque ostium pro-
 cidentia, graui periculo foras spectant. *Pa*

tiuntur id mulieres aliquando ex alto lapsæ, ruptis quæ interaneum id continent membranis. Nonnunquam in difficili partu erperio, extractas secundas ea pars sequitur. Fit ex uulnere etiam. Sæpe quoque animi perturbatiōe. Habet item alias causas. *προκλητικὰ ὄντων*, expressiua, eductiua, prouocatiua urinæ.

Procyon. Horatius ait in carminibus, Iam procyon furit. Dicitur hoc sydus græca uoce Procyon, quasi ante Canem exoriens. De quo M. Tullius. Ante canem procyon Graio qui nomine fertur. Hoc sydus, ut autumat Plinius, apud Romanos non habet nomen: nisi uelimus intelligere Caniculam, hoc est, minorem Canem. Exoritur cū Leone, ut docet Higynus, Colum. libro. 11. capite. 2.

Prodromi uocantur Etesæ uenti, ex eo, quod præcurrunt, anteceduntque exortum Caniculæ. Ioannes Baptista dicitur est Prodromos, tanquam præcursor Domini. Columella lib. 11. cap. 2.

Productissimum, longissimum, procerissimum. Colum. lib. 3. cap. 10.

Prodicus Selymbriæ natus, discipulus Hippocratis. Instituit quam uocant Iatrolepticen. Reunctoribus quoque Medicorum, ac mediastinis uectigal inuenit, ut inquit Plinius lib. 29. cap. 1.

Prodicus scriptor uetus, scripsit de natura hominis quædam, quæ citantur ab Galeno libro de naturalibus facultatibus. 2.

Prodigia formidata, uates sæpe interpretantur. Diuumiri ad hoc creati procurabant, eorumque auerrandorum, id est, auertendorum gratia supplicationes ad omnium puluinarum decernebantur, thus, uinumque publice dabantur.

Profluuiâ, abundantia *ῥύσις*, idem.

Prognipeon, locus balnei, ubi ignis præclusus æstuat. Adiacet, inquit Plinius, unctuarium hypocaustum: adiacet Prognipeon balnei, præterea calidarium, frigidarium, quod Apyroton Athenæus uocat.

Progemmet, gemmas emittat. Columella, lib. 4. cap. 24.

Proglossis, turbinator linguæ pars.

Prognosticon, est scientia tum futurorum, tum contingentium.

Proluuiâ, stercore. Verg. Fœdissima uentris proluuiës. Colum. lib. 8. cap. 3.

Promanus, digitus *ἀντίχειρ*.

Promercales res dicuntur, quæ uenales inter mercimonia proponuntur: sicut a Suetonio Promercale aurum dictum, ab Aulo Gellio Promercalia, quæ uenui subiiciuntur. Denique quicquid pro mercede distrahitur, id Promercale dici potest. Alibi ait Columella. Consimiliter pecuniam neque in pecore, neque in alijs rebus promercalibus occupet. Columella lib. 1. cap. 8.

προκόπη, cui anteriores comæ nutriuntur. *προόδοντες*, Græci uocant eos, quibus dentes prominent.

πρόφιλτρον, cavitatis quæ est in labro superiore.

προφυλακτικὴ, id est, præseruatix, Medicinæ quædam pars, antequam morbus incedat, uel ne incedat adseruatio, & præseruatio.

Propago, eyn yngegraben Reb.

προφασία, passim apud Hippocratem pro causa interpretatur. Galenus.

πρόηωσις, oculi a sua positura motus, uel procidentia cū inflammatione ex uiolento ictu, uel ex uiolenta facta strangulatione: siue ut placet Paulo Aeginetæ, uicæ tuniculæ procidentia, quæ erosa, aut rupta cornea fit. Ea cum nondum creuit, quod muscæ capiti similis est. Myocephalon, id est, muscæ caput appellatur: cum uero amplior creuerit, ut acini uicæ similis sit, Staphyloma dicitur, quasi uatio: ubi ultra palpebras transierit *μῆλον*, uel pomum: et si obcalluerit, clauus, *ἄλφ*.

πρόηωσις, ruptura corneæ.

πρόηωσις τῆς ὑσέρας, uulua ipsius procidentia.

Propolis, in aluearibus apum continetur, inter coria & ceras media, crassioris materiæ, ueluti gummi, additis aliquando floribus. nondum tamen cera, sed fauorum stabilitamentum, quæ omnes frigoris, aut iniuriæ aditus apes obseruant, magni ad medicamenta usus. Etiam Plinius libro. 11. cap. 7. ex apibus præcipue fieri dixit, ex gutta, quam populi arbores in folijs ferunt. In quibusdam Græcorum codicibus Metyn appellari inuenio, & Piffoceron.

προπόματα, pocula, propinationes.

προφυλακτικὰ, medicamēta præseruatiua, quæque locum ipsum affectum præmuniunt, ne plures subinde humores illabētes suscipiat.

Propomata, dulces prælibationes ex uino & melle præparata.

Profopites, Arction, apud Dio. lib. 4. ca. 108. *πρόσπομον*, faciem appellant Græci, quod inter caput & collum hominis est, ab re nomine imposito.

πρόσμοιον, labiorum mutuus congressus. Dicitur & *πρόσμοια*.

πρόταριχένω, ægros exicco inedia. Vtitur eo uocabulo Galenus aduersus Medicos, nimia inedia ægrotos emacerantes, & conficientes.

Protarchus, Medicus.

Protion, Veratrū nigrū. Diosc. li. 4. ca. 152.

Protogonon, Semperuiuum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 91.

Protopathia, primarius affectus.

πρωτοπαθῶσαι, ijdem sunt morbi: ex pituita siquidem gignuntur ut plurimum, nervosq; afficiunt: nituntur articuli, motumq; indispicantur.

Prouidentia uocabulum quam late pateat, uide apud Galenum in enarratione Prædictionum Hippocratis, cap. 2.

P R V

Pruina, ros est concretus, *δροσπάχνη* composito nomine dicta, ros semiconcretus, quasi ros pruinofus. Arist. lib. 1. de Cælo.

Prumula. Lege, Prunum syluestrem.

Pruna Hiberica, id est, Hispanica.

Prunorū limū arborū, Græci *λειχην* uocāt.

Pruna Badria, Madrya, id est, Damascena.

Pruna Damascena, e Damasco Syriae iā pridē ante atate Plinij in Italia nascebantur.

Pruna mixta, quibus similis est Persicus Aegyptia, nisi q̄ poma Aegyptia rubescunt.

Pruna Melina. Lege, Prunorum genera.

Pruna omnia post Catonem in Italia cœpisse, manifestum est.

Pruna Persica. Lege, Malus Medica.

Prunorum genera fere inexplicabilia, uersicoloria, nigra, candida, quæ a comitatu frugis & hordeacea. Alia eodem colore, feriora, maioraq; Asinina cognominata, ob uilitatē. Sunt & Onychina Columelle nigra laudatiora. Sunt & Cerina, siue Cereola, atq; Purpurea, necnon Armeniaca, de quib. dictū. Habentur & insita Nucipruna, quæ in facie parentis succū præferunt, Nuciprunaq; uocantur. Hæc & Cerina, & syluestria ubiq; nata, quæ ut uix autumnō, cadis usq; ad alia nascentia condiuntur. Re-

liquorū uelocitas trāsuolat cito marcescentium. Iam pridem, inquit Plinius, malina appellari cœperūt malis insita, & amygdalis, intus in ligno nucleus amygdalæ, nec aliud pomū ingeniosius germinatum est. Prunus Aegyptia, magnitudine insigni, nō dissimilis spinæ Syriae, pomo mespili, ligno intus grandi, ac rotundo.

Prunum syluestrem Vergilius spinum uocat in uersu: Spinos iam pruna ferentes. Et, ut autor est Galenus, in Asia Prunon dicitur, & nos eam uulgari uoce Prumulam uocamus.

Prunos. Lege, Prunum syluestrem.

Pruna Hispanica, Damascenis præpollent. Galen. de sanitate tuenda lib. 5.

Prunus *κοκμιμελέα* græce. De cuius iuramentis lege Dioscor. lib. 1. cap. 176. Plinij lib. 15. cap. 13. Theophr. lib. 3. cap. 16.

Prurigo, morbus scabiei. Serenus, Illitus sudor, uel copia nobilis escæ, Sepe graui scabie correptos asperat artus. Pruritus, falsus uocatur, qui ex phlegmate falso prouenit. Vtitur eo uocabulo Quintus Serenus.

P S A

Psammos, harena.

ψαμμισμός, qui arte fit arenam fluens sudor, sic Paulus uocat Aegineta. Nam fabulum *ψαμμός* dicitur.

ψαφαρόν, quod scabrum & squallidum est.

P S E

ψελλίζεω, id est, balbutire. Sicut linguæ uitiū est, nō uocis, sic *τραυλίζειν*, eiusdē uerbi significatiōis in sermone Græcorū, pronon potente lingua exquisite eas dearticulare uoces, quæ per τ, & ρ, proferuntur: qualis est hæc ipsa traulosis, & aliæ similes, trachi, tribi, troches: & h quidem omnes exigunt linguam implicantem, ac prioribus dentibus inchoantem. Quum igitur in quibusdā fuerit imbecillior, peius formatur, & sonum τ, & ρ, nequit dearticulare: sed ad τ, & λ, labitur. Galen. lib. 6. Aphor. 32.

ψελλότης, balbuties.

Psenes, culices ficarios uocauit Arist. etiam si quidam corrupte legunt Pseras. Dicuntur autē Psenes, quasi galbæ. Nam & Psenes Poetæ cū dicunt, caluos & glabros intelligunt: ut est apud Poetam Symonidem. Nos tñ galbas, esculi uermiculos uocamus. Pseudobunium, apud Diosc. lib. 4. cap. 126.

Πευδοκασσία, Cassia adulterina, de qua Her-
molaus Barbarus in Dioscor. libro primo
sic scribit: Habetur & Cassia odoratae ge-
nus herbae, ut in Thymelaea, siue potius
Chamelaea demonstrabimus. Aliud etiam-
num genus est, quam aetas nostra Cassiam
appellat, & cognomento fistulae ab aroma-
tica, ligneaue discriminat, ueteribus igno-
tam perinde ut fere nobis modo lignea:
alioquin in nostro quondam orbe seri ce-
pta, extremiq; imperij Romani margine,
qua Rhenus alluit. Viuere in aluarijs apud
solita. Etiam si color aberat ille torridus so-
le, atq; ob id simul idem odor. Ceterum sci-
re oportet, si quando Cassiam syringam, hoc
est, fistulam, in antiquis autoribus legere
contigerit, non pro ea capiendam esse, quae
nunc Cassia fistula dicitur, colore rubro
nigrans, laminis intus carnosiss, quas pari-
etinae discludunt, seminibus siliquae cera-
tiae, ad deiciendam bilem uisum mire ua-
lens: sed pro lignea, siue aromatica, cuius
una quoq; species ab ipso Dioscoride, pla-
tea syrix, id est, lata fistula nuncupari cerni-
tur. Cassius certe Felix, si modo liber eius
est, qui circumfertur, appellatione fistulae
simpliciter Cassiam odoratam, siue aroma-
ticam intelligit. Inuenio tamen apud Gre-
cos autorem, qui Paulum & Oribasium
ita loquentes induxerit: Cassia syrix ad-
uersus flauam bilem prodest. Et item eos,
qui praeter naturam pallefcunt. Item anginae,
& laterum dolores, & peripneumoni-
cos. Hec Paulus. At Oribasius: Refrige-
rari ea, inquit, iocinoris calores intempe-
ratos. Hanc recentiores Graeci calidam &
humidam abscessu primo perhibent. Idem
fere Mauritanus, de Cassia qua bilis per al-
uum detrahitur, & propterea cathartice di-
ci potest. Nam aromatica, siue lignea ex-
calfacit, atq; siccit abscessu fere tertio. Por-
ro Cassia cathartice partim in India, par-
tim in Aegypto nascitur, folio iuglandis.
Alexandriae sibi uisam Ponticus Facinus
retulit, dum ista proderem. Siliquas habet
praelongas, ac teretes, utrinq; fastigiatas,
duo fere pedes proceras, carne intus ni-
gra, gustu praedulci, sed plane medicato:
ligneis distinguuntur membranis, & ossi-
bus siliquarum intercurrentibus, ut praedixi.
Eligunt ponderosam, collucentem, plenam,
& quam si concusseris, inclusa intus ligna

non sentias. Negociatores in hortis Ale-
xandriae nascentem praeferrunt. Iam & Asiae
communis facta dicitur. Seritur & apud
nos, uerum frustra: quia nec ad frugem per-
uenit, & celeriter opprimitur. Quid sit
Myrrha Cassia Hippocrati, cuius semel lau-
dat uolumine foeminarum morbis dicato,
σμύβης, inquit, *κασσίας τῶν καρπῶν*, haud
scio reddere. Nisi quis pro Smyrri herba
ceperit, cuius cibo menstrua foeminarum
iuuari constat. Strabo Cassiam odoratam e-
stagnis colligi, non solum ex arboribus in
Arabia felici, quosdam in India, maiorem
eius partem existimasse prodit.

Πευδοκινναμόμου, Cinnamomum adulter-
um, inualidi odoris, solutariumq; uirium.
Vocatur etiam Zingiber, cum tamen sit
Xylocinnamomum, praebensq; quandam
Cinnamomi faciem. Est autem lignosum
Cinnamomum, sarmeta longa, robustaq;
ferens, odore longe Cinnamomo inferi-
ore. Sunt qui Xylocinnamomum a Cin-
namomo differre dicant, quod ab natura
eius abhorret. Barbari super hoc Corolla-
rium adscripsi. Ipsum lignum in fastidio est,
propter origani acrimoniam, Xylocinna-
momum uocatur. Precium in libras, 20. Qui-
dam Cinnami (nam & Cinnamum dicitur)
duo genera tradidere, candidius, nigri-
cansq;. Et quondam praeferebatur candi-
dum. Nunc contra nigrum commendati-
us, autore Plinio, atq; etiam uarium praef-
erunt candido, certissimo argumento, si sit
scabrum, atq; ut inuicem tritum contuma-
citer frietur, & inhorrescat. Improbatur
molle imprimis, aut cui albicat cortex. Ius
eius a Gebannitarum rege solo proficiscitur.
Is edicto mercatu uendit. Precia quon-
dam fuere in libras denariorum mille. Au-
ctum id parte dimidia est, incensis (ut ferunt)
sylvae ira Barbarorum, aut etiam forte for-
tuna, quoniam Austri tam ardentes ibi af-
flare solent, ut aestatibus syluas accendant.
Coronae ueteribus fiebant ex Cinnamo-
mo, interrasili auro incluse. Radicem eius
magni ponderis aureae paterae impositam
uidisse Plinius meminit, ex qua guttae edi-
tae annis omnibus, in grana durabantur.
Pseudocinnamomum Galenus Cinnamo-
midem quoq; appellari scribit.
Pseudopathes, Stafisagria, apud Dioscori-
dem lib. 4, cap. 158.

P S

P S I

Ψιδράκιον, paulo durior pustula, subalbida & acuta, ex qua quod exprimitur humidum est.

Ψιβαρίζεν τὸ ἐν τοῖς ὠσὶ τινὰ λεπτὸν ἤχον ἠχῆν. παρὰ τὸ ψίειν ἐν ταῖς θύραις ἢ γυρταῖς ἀκοαῖς καταχριστικῶς δὲ ἢ ἐπὶ τῶν δένδρων. Theocrit. interpres.

Pfiloticum, pilos decutiens passio.

Pfilothron, *Vitis alba*, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 194.

Ψιλὸς τῆν κεφαλῆν, caluus, Pollux.

Pfichrolusia, frigida lauratio.

Pfitacus. Vide Plin. lib. 10. cap. 41.

Pfittacia. Lege, *Pistacia*.

P S O

Pfora. Lege, *Palpebrarum vitia*.

Pforiosis, est duricies scroti, cū adiecto pruritu: aliquando etiam exulceratione.

Pforialis palpebrarum, id est, *Pforophthalmia*. De qua Paulus lib. 3. cap. 22.

Pforicon quomodo præparetur, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 107.

Ψωροφθαλμία, palpebrarū scabrics, *κνησμάδης τῆ βλεφάρου Ψωρίασις*, id est, pruriens palpebræ affectio scabrosa, prouenit ex falso, nitrosoq; humore. Item,

Pforophthalmia, pruriginosa palpebrarū

Pforialis, quam scabiem, uel scabrū appellamus, ex falso, nitrosoq; humore ducens originem. Paulus lib. 3. cap. 22.

P S Y

Ψυχή, uirtus quæ sensum facit, motū præbet, & intellectum nutrit, atq; in cerebro sedem habet.

Psyche, *Tripolium*, apud Dio. lib. 4. ca. 136.

Psychium, passii uini genus, a colore appellatum nigro.

Ψυχολουσία, natatio in aqua frigida. De cuius utilitate uide apud Aeginetā lib. 1. ca. 51.

Ψυχὸν ὕδωρ, frigida aqua.

Psychouacos, *Helxine*, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 42.

Psychotrophon, *Betonica*, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 1.

Psycalia, ficuum genus, sic dictum ab algore. Sunt qui *Psycalia* interpretantur, quæ recentes non sunt quidem, non tñ siccate.

Ψύκταρ, uas ad mensæ usum celebre.

Psychrophobi, Medici timidi ad propinandum frigidam in febribus continentibus. Galen. 9. Method.

P T

Pfydracia, parium supra summam cutem eminent, & sunt *Phlyctænis*, hoc est, bullis, quæ ab igne excitantur, similia.

Pfydracion. Lege, *Pustulas Græci uocant*.

Ψυδάκιον, paulo durior pustula est, subalbida, acuta, ex qua ipsum quod exprimitur humidum est. Lege, *Pustulas Græci uocant*.

Ψυλλοβολούσα, id est, *Ligustrum*: sic dictum, quia folia de se iaciat. Sic *Aristophanes* uocat in *Nubibus*.

Psylleris, *Psyllium*, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 73.

Psyllion quid sit, uide apud Dioscoridem libro. 4. cap. 73.

P T A

παραμικά, sternutoria. Item,

Ptarmica, frutex est, surculos habens paruos, multos, et rotundos, abrotano nō dissimiles: & circa eos folia oleæ longa, & in cacumine capitulum uti *Anthemidis* paruum, rotundum, quod suo acri odore sternutamentum excitat, unde nomē accepit. Meminit eius Dioscor. lib. 2.

Ptarmon, sternutamentum.

P T E

πτελέα. Lege, *Vlmum*.

πτελεατικὸν οἶνον, apud Theocr. in *Thalysis*, pro uino Archadico, uel Coico.

πτελωσις ἢ πτεία βλεφαρα fit, cum in oculo alia subnascuntur palpebræ, defluentibus alijs naturalibus palpebris: fitq; dolor inde uelut pungentis. Ab auibus, & earū pennis illa uox facta est. *πτεία* enim proprie dicuntur in ea gente, quæ lanugines magis quā pennæ statim exclusos pullos uestiunt: quibus deinde cum incremento auis pereuntibus legitime oriuntur penne. Consimiliq; ratione annuam in auibus plumæ, pennarumq; omnium mutationē *πτελωσις* aliqui ex Græcis nuncupauerūt.

Pterion, *Dryopteris*, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 199.

Pterion, *Trichomanes*, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 138.

Pterineon, *Filix*, apud Diosc. lib. 4. ca. 196.

Pteris, *Dryopteris*, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 199.

Pteris, *Filix*, uel *Filicula*, apud Dioscoridē lib. 4. cap. 196.

Pteris alia ab *Filice* mascula, foemina scilicet *Pteris* dicta, apud Dioscoridem libro quarto, capite. 197.

P T

Pteris, Polypodium, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 198.

Pterna, calcaneum scelis: quasi patera, quoniam *πατέϊ εραμ*, id est, proculcat terram: ut probat Eustathius.

πτερυγώδεις uocantur, quibus aperte scapulæ, siue carinæ, nudæque sunt, & alarum more pronæ. Galen. lib. 2. Temperam.

Pterygion, primo in oculis membrana nervosa, quæ oriens ab angulo, uel a narium, uel a temporum parte ad coronam usque, interim pupillam operiens. Secundo, in digitis caro excrecens, partem illam contgens, quæ & in ungue Pterygion appellatur. Tertio, cum recedit ab ungue caruncula, non sine magno dolore, ut uideri quoque possit: id quod Reduuiâ appellatur. Celsus Vnguem uocat lib. 7. cap. 19. Aui-cenna Vngulam. Genera eius diuersa, uide apud Paulum. Lege, Exulcerationes oculorum.

Pterygiorum, seu Vnguium oculi curationem, require apud Paulum lib. 6. cap. 18.

πτερυγότομον, scalpellum ad incidenda Pterygia idoneum: cuius usus etiam est in purgandis neruis auditorijs.

Pteryx, Asplenium, apud Dioscoridem libro. 3. cap. 152.

πτερυγοφόρος, cognomentum Succini electi: sic dictum, quia stramenta, floccosque, & fimbrias ad se trahit. Aliubi *χρυσοφόρος* uel *χρυσοελέκτρον*.

P T I

Ptisana apud Columellam, nescio an pultis genus sit ex farina ordeacea: aut succus potius et cremor liquefactus ordeï, quod Medicorum uulgius sic uocat.

P T O

πρωκικόν ὄψον, Medicorum obsonium.

πρωξ. Lege, Lepus terrestris.

Ptolomeus, sectæ quondam Erasistrati, in precioque habitus. Aurelianus.

P T Y

πύσις, exulceratio pulmonis, cum tabe, & extenuatione totius corporis.

Ptyades, serpentes. Lege, Aspidum genera. *πύγμα*, Pigmentum.

P V B

Pubem in homine diuersis nominibus uocant Græci: scilicet, *ἄβην*. Posteritati quod compertius sit, non dederunt Latini nomen. A Iulio Polluce Onomasti, secundo

P T

uolumine, pluribus ea in hominibus pars descripta potius quam nominata est. Eius uerba hæc sunt: *τὸ μὲν τοῖ ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν πᾶν ἄχρι τῶν ὑπὲρ εἰδοῖα τριχώσεων ἢ ἰτρὸν τε ἢ ὑπογάστριον καλεῖται*: que sic habent. Quod autem ab umbilico descendit usque ad pilosas genitalium partes, totum spacium iacet, ut itron, & hypogastrion, quasi subuentrale uocatur. Voce tur autem hic locus a Latinis pubes, an aliter, Latinorum iudicio relinquemus.

Puberes, calidi sunt atque humidi, minus tamen quam pueri.

P V D

Pudoris disciplinam etiam inter defuncta corpora natura discreuit. Nam uirorum cadauera in fluctibus supina, mulierum uero prona fluitant. Autor Solinus capite. 5. & Aristot. in Problem.

Pudendagra, pudendorum morbus: atque sic Gallicum malum sunt qui uocent, quia ab eo loco potissimum trahit originem.

P V E

Pueri, ipsa constitutione calidi sunt, & humidi, uerno tempore assimilantur.

Puerperij miracula, uide apud Gellium libro. 10. cap. 2.

P V G

Pugio, herba, Xiphion, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 23.

P V L

Pulchritudo, uirtus est corporis.

Pulchritudo, in symmetria membrorum, et bono colore esse dignoscitur.

Pulegium, herba uulgaris noticie, Glichon apud Dioscoridem libro. 3. cap. 34. Plinius lib. 20. cap. 14.

Pulegium syluestre, Dictamnium, ut inquit Dioscorides lib. 3. cap. 35.

Pulex araneus, exigui corpusculi, acuminatus, assultim egrediens, & ob id Pulex uocatus.

Pulicaria, Psyllium apud Dioscoridem lib. 4. capite. 73.

Pulicosus, quem pulices infestant: sic & Pedicosus dictus, plenus pediculorum. Columella lib. 7. cap. 13.

Pulicaria, Coniza, apud Dioscoridem. Lege, Coniza.

Pulices, bestiolæ Rhaphanis innascentes.

Pullationem, pullorum prouentum, foeturationemque, & educationem. Colum. lib. 8. ca. 5.

Pullescit, sobolescit, & pullulos, foetusque progignit: interdum uitis luxuria se confumit. Columella lib. 4. cap. 21.

Pullicies, pro pullis, & pro prouentu & foetura pullorum. Columel. lib. 8. cap. 11.

Pullicium, a pullis deriuatur, & est foetura pullorum.

Pullucio. Idem,

Pullula terra, coloris nigri, quem pullum uocant. Pulligo Plinio est nigrícia quaedam lanarum tarentinarum, prope peculiaris, declinans in fuluū colorem. Colu. lib. 2. ca. 2.

Pullastra, gallinae pullus: qui & Hippi uocantur Athenæo, quasi equula; credo, quia pulli proprie sunt equorum.

Pullus color qualis sit ostendit terrae ipsius color: maior enim illius pars pulla est. Ita que quonia ea mortuis iniicitur, uoluerunt ueteres, ut qui lugerent, pullis pallijs terrae similibus, essent amicti. Dorsum etiam leporinum proprie est pullum: quā ob rem naturae ipsius doctus magisterio, terrā recētem ab aratro metu pauidus querit ille, ibique nonnunquam stratus, nullaque re abditus, uenatores, canesque ipsos praetereuntes ac sagaciter prope omnia perquirentes, coloris tantum beneficio sapissime latet: & ut in quodam epigramate de lepore diximus, Quem fuga non rapit ore canum, non occulit umbra, Concolor immotum sub Ioue terra tegit. Nulla arte aut impensa color hic paratur. Natura enim sic prouenit, unde natiuus quoque uocatus est, diuersus ab eo de quo locuti sumus. Iamque nos Cosentini, apud quos multa antiquitatis uestigia apparent, siquidem & Praefica, ut quondam mortuos laudant, & Silicernium in usu est, ac nemo sine suorū osculo sepelitur, utriusque sexus uestimentum funebre, Natiuum dicimus: quamuis atrum sit illud & in mulieribus matrimonio iunctis Cyaneum, quo Graeci, ut dictum est, olim in funere utebantur. Idem quoque Hispanus uocatus est, & Boeticus, & Mutinensis. In ijs enim locis id genus lanæ uidetur. Est autem pullus nomen, ut reor, diminutiuum a puro, uelut a Rara uestimenti genere fit ralla, ab opera opella, a terra etiam tellus: ut lana pulla sit pura, nullo alio colore infecta, sed suo tantum & ingenuo contenta. Colorias huius modi uestes per se coloratas aliqui dixerunt. Posuit hanc uocem Augustus in suo

testamento, ubi haec uerba legebantur. Gausapes, Lodices purpureas, et Colorias meas. Atque identidem, ut sentio, dicti sunt pulli equorum, aliarumque pecudum, quasi pura, nulla adhuc libidine, aut labore uiolati. Sunt huic pullo simillimi color Impluuia tus, dictus uelut fumato stillicidio implutus: et Suasus, qui Insuasus quoque uocatus, luttum refert. Est autem Suasus e stillicidio etiam factus fumoso, in uestimento albo. Quare haud dubitater non alius est quam Impluuia tus: quamuis aliqui tradiderint colorem omnem qui fiat inficiendo, suasum dici: quod illi quodam modo sit persuasum, in alium quemuis colorem ex albo transire. Aut. Cosent. de Colorib.

Pulino arteriosus, ex lenibus et asperis arterijs compositus, respirandi organum a natura confectum.

Pulmonarie, pulmonis uitio laborantes, hoc est, peripneumonice prout graece nominantur. Columel. lib. 7. cap. 10.

Pulmone quae carent animalia, neque item collum habent.

Pulmones pisces. Plin. lib. 9. cap. 47.

Pulmo. De Pulmonibus, & eorum iuuentis, uide Dioscor. lib. 2. Arist. de partibus animalium libro tertio, capite. 6.

Puls, ut Aecio placet, omnis sorbitio uocatur, quae aut de leguminibus, aut cerealiibus granis coquendo in succum resolutis conficitur. Pulse, non pane uixisse ueteres Romanos, idque longo tempore, testatur Plinius lib. 8. cap. 8. translata deinde ad medicinam res est, relictaque uetere appellatione, posteriores graecorum medici non Crimnon, sed *πυλπών*, & *πυλταρίον* appellauerunt, & pulticulam. Lege, Crimnon.

Puls tyriaca, pulmentarium ex baccis loti arboris.

Pulstio, motio est, ab eo quod mouet orta, per tractionem efficitur. 4. Meteo.

Pulsus, est eleuatio & suppressio corporis in arteria, quae naturali quodam fit instinctu. Vel, Pulsus est motus iuxta submissiōnem & eleuationē cordis, & arteriarum, & cerebri, eiusque membranarum. Vel:

Pulsus est naturalis motus, sine uoluntate caloris qui in corde & uenis est.

Pulsus partes sunt: Submissio, & Eleuatio.

Pulsus plenus. Lege, Pulsuum different.

Pulsus Altus, qui in altitudinem assurgit.

Pulsus paruus . Lege , Pulsuū differentiaē .
 Pulsus *κυματώδης* , Ibidem .
 Pulsus *μυορίζων* , Ibidem .
 Pulsus *εμλέων* , Ibidem .
 Pulsus *παλίνδρομος* , Ibidem .
 Pulsus *σπολικίζων* , Ibidem .
 Pulsus *μυρμικίζων* , Ibidem .
 Pulsus Creber uocatur , cum breue tempus
 quietis fuerit .
 Pulsus Citatus , fit ex arteria modico tēpore
 dilata .
 Pulsus formicans , qui in extremā incidit de
 bilitatē , frequentiam , & paruitatē , opini
 one quidem citatus , sed reuera non est .
 Pulsus Hecticus , eādē cum febre ipsa rati
 onem obtinet : quippe nullā mutationem
 magnam subit , uerum semper sui manet si
 milis , implicaturq; , & nunq; soluitur toti
 us corporis habitu : id genus tū febris ,
 tum pulsibus aegrotante .
 Pulsus Aequalis uocatur , cum magnitudo
 pulsuum ordine consequentiū par extite
 rit : similiter etiam , si secundū uehementiā ,
 crebritatem , & remissionem siue obscuri
 tatem paritas euenerit .
 Pulsus inæqualis uocatur , qui æquali con
 trarius existit . Lege , dictionem , Pulsus
 equalis .
 Pulsus Latus , qui in latitudinē porrigitur .
 Pulsus Longus uocatur , qui in longitudi
 nem tantum porrigitur .
 Pulsus Magnus uocatur , qui fit in arteria
 in longum , latum , & profundū insigniter
 dilatata .
 Pulsus Mollis , uocatur , in quo arteriæ tu
 nica tenera est .
 Pulsus quies , pulsus interuallū , ictuū systo
 le , omnia hæc idem sunt . Vide Galenum
 libro de pulsibus .
 Pulsus Rarus uocatur , cū longum quietis
 tempus fuerit .
 Pulsus siccus . Lege , Pulsuum diffent .
 Pulsus Vehemens uocatur , qui manū ua
 lide ferit .
 Pulsus Vermicularis uocatur , cū ueluti per
 rupturus arteriā uermis , fluctuum modo
 excitati spiritus pressantur , nec arteria to
 ta eodem tēpore attollitur . Galenus lib . de
 pulsibus .
 Pulsuum differentię sunt : Magnus pulsus ,
 qui fit pfunditate , lōgitudine , & latitudi
 ne arterię multum extēsæ . Paruus pulsus

est magno contrarius . Medius est ambo
 rum particeps . Plenus pulsus est , qui inter
 medius est , sub tactu cadens . quasi esse ui
 deatur arteriæ quædā tunica corpulētior :
 præfertim tamē quum pars eius interior ,
 tota humidior est , corpulētiorq; apprehē
 su . Angustus pulsus est , in quo ipsius arte
 rię complexio omnino gracilis est , et ebul
 litioni , siue bullę aquæ tumefactæ similis
 humor . Durus pulsus est (ut sic dicā) quū
 neruosa & dura esse uidetur , sentiturq; ar
 teria . & tunc potens subest spiritus , tanq; per
 cussa pars ictum retineat . Mollis pul
 sus duro cōtrarius est , debiliter feriens ar
 teriam nō resistantem , cuius spiritus disso
 lutus & mitis est . Humidus est mollis qui
 dem , quippe cū in eo substantia mansue
 tior placidiorq; , humorem quēdam subti
 liorē reddit . Siccus pulsus , in quo humor
 absumptus esse uidetur . Vehemēs est , qui
 uiolentam facit percussione . Debilis pul
 sus , qui imbecillam facit percussione . Me
 dius est , qui proportionē seruat ad utrūq; .
 Densus , siue creber , qui longam nō habet
 aut eleuationem , aut compressionem . Or
 do pulsus , est dispositio , seu habitudo secū
 dum magnitudinem , aut uehementiam , aut
 numerum , aut aliam quandā differētiam .
 Inordinatio pulsus est , quum secundum
 istas percussiones aliquando est crebrior ,
 aliquando remissior . Aequalitas pulsuum
 est , quū pulsus omnes debitam symmetriā
 seruant . Inæqualitas pulsuum , est mutabi
 litas secundum differentias quę ipsi conue
 niunt . Aliter sic . Inæqualitas pulsuum
 est , quum ipsę percussiones modo uehe
 mentiores , modo imbecilliores sunt . Tre
 mulus pulsus est , qui non æqualem habet
 percussione . Obliquus est qui non a re
 cto situ arteriæ absoluitur . Inæqualis autē
 pulsus , qui secundum aliquā partē altior
 erigitur , & cōcidit frequēter , uena inflata
 & eneruata . Intermittēs est , quādo distra
 ctionib . et cōtractionib . factis , eodē pulsus
 tēpore arteria intermittitur . Alij sic : Inter
 mittens pulsus est , qui non ad duas solum ,
 sed ad tres pluresue percussiones deficit ,
 distractionē uel unā , uel duas , uel plures
 etiā faciens . Deficiēs pulsus in quo nō ad
 duas solū , sed ad tres , uel plures percussio
 nes , immobilis arteria permanet . Interci
 dēs est , quū post duas percussioēs , secūdū

propriū ordinem fit motus, ex quo quīdem mediā intercīdit percussio. Dorcadīfāns, id est, caprifāns pulsus est, quando arteriā putatur salire, et ad aliū motum statim fertur, priusquam apparentiā compressionis habeat. Recurrens pulsus est, qui quantum egreditur magnitudine, aut uehementiā, tantum rursus regreditur in alijs. Formicās pulsus, qui paruus est, uacuus, & frequens, debilis, extremum periculum atq; interitum demonstrare solet.

Pultationes, Græce ἀθερώματα, de quibus uide Paulum libro .6. capite .36.

Pultarij, uascula sunt a pulte dicta. Apud Cornelium Celsum frequēs est mentio uasculi pultarij. Columella libro .12. cap. 43.

Pultarium, idem quod puls.

Pultē Græci πολτόν appellāt, πόλταριον.

Puluerationes, Pliniij uerba sunt. Transpadanis cineris usus adeo placet, ut anteponant fimo iumentorum. Sunt qui puluere quoq; uias alij iudicent, pubescentesq; puluerent, & uitium, arborumq; radicibus aspergant. Quod certū est Narbonnesi pro uinciæ, & uindemias certius sic eo coqui, quia plus puluis ibi q̄ sol confert, Columella libro .4. capite .28.

Puluinatus calix, tegumentū nucis iuglandis exterius. Teut. Nuss;leufflot.

Puluini, per translationem appellātur partes illæ in areolis hortorum, et uinearum, cultura molliores, eminentioresq; & quædam quasi dorfa quibus perinde ac puluinis molliter semina disponūtur. Columel. libro .11. capite .3.

Puluis pinguis uocatur, in quo nec asperū quippiā, nec acre subest. Vtebātur huiusmodi puluisculis olim ad sanitatē tuendā, tum præsertim ad frictiones, oleo adlito. Galenus libro quinto de sanitate tuenda.

Puluis puteolanus, qua ratione circa Vesuuium montem nascatur, uide apud Victruuium libro .2. capite .6.

P V M

Pumiliones, in omni genere animalium sunt, atq; etiā inter uolucres, ut docet Plinius.

Dicimus Pumilos, et Pumiliones. Papinius in Syluis, Mirantur pumilos ferociores. Sunt aut̄ Pumili, siue Pumiliones breuis staturæ animātes; nam græca uoce, uulgo quoq; usitatissima dicuntur. Aulus Gellius asserit nanum latinam esse dictionem.

Hinc illud. Et me genij nana per salicta bigis rheda rapit citata nauis. Col. lib. 8. ca. 2. Pumiles, & Pumiliones, in hominibus dicuntur *πῦνοι* græce. Gallinæ quoq; pumiles dicuntur.

Pumex quomodo cremetur, uide Dioscoridem libro quinto, capite .15.

P V N

Puniceus color, sicut Phœniceus, a Phœnicibus dictus: flagrat quoq; uelut uiola flamma; atq; ita a multis olim Purpura uocata fuit uiolacea; hodie pene nomen seruat. Nam Paonicus, quasi Puniceus dicitur, etsi aliqui uocē hanc uernaculā a Pautonis colore factam uolunt. Phœniceum uero alium ab hoc, Palma, quæ Phœnix græce est, a se nominauit. Color hic in equo, ut iā diximus, maxime laudatur, qui modo Spadiceus, Baius, modo Badius etiam, et Badius uarijs nominibus uocatus est. Termites enim palmarum cum fructu Spadices, & Baia Græci dicunt; unde equus ab equifonibus appellatur Baius. Lege quoque Color uarius. Auth. Thyles, de Coloribus. Lege, Pullus color.

Punicum malū, græce *ῥόα* uocatur, et malo granatum, & pomū granatū ab officinis. Vires eius & iuuamēta, deniq; totum granatorum historiam lege apud Dioscoridē lib. 1. apud Plin. lib. 13. cap. 19. lib. 15. ca. 17.

Punicum malum. Vide, Paliurus.

P V P

Pupillæ cōstrictio uocatur, quādo angustior est q̄ debeat esse naturaliter. Auicēna & Paulus uocant phthisim, & tabem.

Pupillæ effusio, aut dilatatio, oculi uitium, ubi illud latius fit quā par erat naturaliter.

P V R

Purgamenta, hominis oletum.

πυρροδόντα ὠσά, aures stillantes, uel purulentæ.

Purpura, conchæ genus alterum, caliculatim procurrente rostro, & caliculi latere introrsus tribulato, qua proferatur lingua. Plinius libro nono, capite .37. Græcis *πορφύρα* dictæ sunt, atq; hinc quoq; ipsas uestes purpuras uocatas existimat Barbarus. Verba eius sunt. Nemo ignorat Ostreorum quoddā genus esse Purpuram: idq; fanies eius quæ testis detractis colligetur: ostrū, ut Victruuus inquit, appellata est. Ostrea porro, inquit, Galenus, penul-

P V

tima correpta, & producta differunt. Producta genus est Aristotelis ad omnia testacea: ut per diphthogon $\epsilon\iota$ scribatur $\delta\sigma\epsilon\iota\alpha$, uidelicet. Correpta uero species est eius uina, quibus respondere apud nos quidam uolunt concham per χ , & concam per κ , sed autores ipsi sunt, nec præter eos alius. Athenæus ueteres $\epsilon\iota$ diphthogon proferre solitos affirmat, nec aliter locutos Cratinum, & Archilochum, Platonem correpta, sed placet Galeni ex Aristotele distinctio. Hæc Barbarus.

P V S

Pus, a græco trahitur. $\pi\upsilon\sigma$ enim dicitur id crassissimum & albidissimum cum sit, glutinosius est sanguine & sanie. Lege, Sanguis.

Pusillosa ouis dicitur, quam infestat facer ignis: quæ pusillâ uocant pastores. Unde a pusilla pusillosa deducitur. Col. li. 7. ca. 5.

Pusillosa corpora, quæ igne sacro laborant: & pusillatæ oues eodem modo.

Pustulas græci uocant phlyctidas, multorum generum. Exanthemata, quæ Plinius eruptiones pituitæ, aliquando papulas. Psidracion, aliquando durius est, ac subalbidum, & acutum. Mendosæq; apud Celsum Phyzæ, pro psidracio scriptum est. Epinyctis, quæ tertium discrimen est.

Pustulæ etiam sunt apud Celsum libro 5. id genus morbi, quod uulgo uariolas & rubeolas uocant, morbus in ætate puerili facile eueniens, raro in medio corpore, sæpe in eminentibus partibus.

Pustulago, Tussilago, apud Dio. li. 3. ca. 124.

P V T

Putrefactio, est proprii, naturalisq; calor in unoquoq; humido existentis ab extranea qualitate corruptio. Arist. 4. Meteor.

Puteus pestilens in Boetia. Solinus cap. 12.

P Y C

Pychon, dimensio ab ancone ad digitos, si ipsos contraxeris.

Pychnacos, Helxine apud Dioscor. lib. 4. capite. 42.

Pycnocomon, cuiusmodi sit, uide apud Dioscor. libro 4. cap. 186. Plin. libro. 26. cap. 8.

$\pi\upsilon\kappa\nu\delta\epsilon\sigma\iota\varsigma$, quod densa radice existit.

Pyctin, gallinaceum, siue pugnatorum uocant: quasi pugilem & in pugna athletica certantem, $\pi\upsilon\kappa\tau\eta\sigma$ græce pugil nominatur. Unde & Pyctale certantem appellatum, quod inter pyctas fit, Dicitio quidem græca est, sed

P Y

nostris quoq; usitatissima. Firmicus Maternus scribit, leporis sidus in horoscopo facere pyctas macherarios. Heliogabalus, auctore Lampridio, gladiatores ante conuiuium pugnantes sibi, & pyctas frequenter exhibuit. Columella lib. 8. cap. 2.

Pyctes, lac spissatum coagulo, quod uocant alio nomine, Lac iunctatum, a iunco, & carice.

P Y G

Pygargi, syluestres quædam capræ.

Pygas, Lege, Glutem.

P Y L

Pyleones, ferra quæ Iunoni circundabatur, idque apud Spartiatas.

Pylorum, Celsus uocat imam uentriculi partem, paululum in dexteriore conuersam partem, ubi in summum intestinum coarctatur. quonia portæ modo per inferiores partes, quæ excreturi fumus emittit, græce $\pi\upsilon\lambda\omega\rho\sigma$, uulgo, portonarius.

P Y N

Pynathes, lac igne densatum.

P Y O

$\pi\upsilon\omega\sigma\iota\sigma$, suppuratio, aut unguis puris collectio est, quæ cum inflammatione circa nigram oculi partem, ad iridem ungui humano similis coit.

Pyos etiam sanguis concretus, qui latine Pus dicitur. Item,

Pyos, & Pyon, græcis primum lac uocatur: alij sic uocant sanguinem concretum, quæ nos latini uocamus Pus.

P Y R

Pyracantha, Scolymos, uel Carduus apud Dioscoridem libro tertio, cap. 15.

Pyralis, in Cypro ærarijs fornacibus ex medio igni maioris muscæ magnitudinis uolat pennatum quadrupes, appellatur Pyralis, a quibusdam Pyrausta: quæ diu est in igne uiuit, extra moritur. Plinius lib. 11. cap. 36.

Pyramon, ex tritico panis.

$\pi\upsilon\rho\alpha\theta\omega\iota$, stercora caprina. Sunt qui pro ouillis quoq; interpretantur. In Nicædri Theriacis $\pi\upsilon\rho\alpha\theta\omega\iota$ legimus in eodem significato: nisi forte mendosus sit codex.

$\pi\upsilon\rho\epsilon\nu\alpha\sigma$, Græci nucleos pomorum: quales in cerasis, prunis, & uuis sunt appellant: $\kappa\acute{o}\kappa\kappa\upsilon\varsigma$ uero acinos.

Pyrethrum, Dauco syluestri similis herba, ut inquit Diosc. Habetur in Myropolijs, & describitur ab Dioscor. lib. 3. capite. 84.

Pyrgitis, idem quod Phyllitis apud Dioscoridem lib. tertio, cap. 120. sic dicta, a turribus, quia ab radicibus earum nascitur.

Pyriaterium, quale balneum fuerit, lege in dictione, Laconicum.

Pyrgitæ, passeruli.

πυρίκη. Lege, *ὄξυδάκυνθα*.

Pyrinon, Pyrethrum, apud Dioscoridem libro tertio, capite .84.

Pyriini, panes triticei, iidē & Sicanij ex qua drimestri tritico.

Pyriateria, Vaporaria lenticulata. Utitur hijs in passione uoluuli Aecius li. 9. ca. 28.

Pyritis lapidis sequentia recenset genera Georgius Agricola Medicus. Primum

argenteo colore est, ex quo argentum excoquitur. Sed eius neq; Plin. neq; ueterū

aliquis meminit: aperto iudicio, multa aut ignorasse ueteres, aut negligētiuscule tradi-

didisse. Alterum genus, quod in argentarijs fodinis nō raro, frequētius uero in erarijs inuenitur, ex quo æs conflare solent,

ex quo aurum cōficitur. Specie æri assimilis est, quam Dioscorides præ cæteris in

usum medicinæ eligit. Vnde uero Pyrites dictus sit, si Plinio credimus, ideo for-

tasse: quoniam plurimus ignis illi, si concutitur, Quāuis & inde nomen habere pos-

sit, quod igneū persæpe colorem de se præbet. Tertium genus aureo prorsus colore.

Quo & quartum nō raro conspersum esse solet. Quintum genus Pyritis, colore cinericio, ex quo & ipse aurum & argentum

exagit, Elige eū qui æris speciei est, quiq; percussus, facile ignem reddit.

Pyrites, Kyefz.

Pyrites colore argenteo, Vuasser kyefz, oder Vueißer kyefz.

Pyrites colore aureo, eyn geel kyefz.

Pyrites prorsus aurei coloris, eyn kyefz der gantz eyn farb hat uuiē gold.

Pyrites colore galæræ similis, eyn glantziger kyefz.

Pyrites cinericius, eyn grauer kyefz.

Pyrites, Pyrethrum, apud Dioscoridem libro tertio, capite .84.

πυρία, fatus e posca, uel alia re.

πυρικαυτά, igne ambusta.

πυρικαυτόν, ambustum igne.

πυρίεθρον ἢ πυρίαθες, lac concretum atq; densatum igne. Athenæus primum lac sic uocari contendit.

Pyrocorax, luteo rostro, auis alpina. Plinius lib. 10. cap. 48. Aelianus.

Pyros, Chamælea apud Dioscoridem lib. quarto, capite. 183.

Pyros achnon. Vide. Granum gnidium.

Pyroton, Pyrethrum, apud Dioscoridem libro. 3. cap. 84.

Pyrothron, Pyrethrum, apud Dioscoridē libro tertio, capite .84.

Pyronem nugatorem aliquem fuisse, et qui multa incerta proposuerit in philosophia & medicinis, Galenus uidetur innuere libro de temperamentis secundo. Et nonne

inquit, hæc sunt Pyronis hæsitatio, & nugæ immensæ:

P Y T

πυτυάνθη. Lege, *ὄξυδάκυνθα*.

Pythonion, id est, Hyoscyanus apud Dioscoridem libro quarto, capite. 72.

πυθμενόθεν, uel *παντελως*, id est, omnino, uel *ἐξαρχῆς*, id est, ab initio, apud Hippocratem libro secundo, de ratione uictus.

Pythonis oculus, id est, Stichas apud Dioscoridem lib. 3. cap. 29.

Pytiliffare, Galenus interpretatur *πυρὶ τῶν ὑγεινῶν*, summis pedibus ingredi, manibus altera retrorsis, altera prorsus protensis: exercitationis genus.

πυτιοκάμπαι, picarū erucæ, cæteris quidem erucis similes & cōgeneres, discriminē ab arbore in qua nascuntur, nomine ipso ostendunt.

P Y V

Pyulca, instrumenta puris attractiua, cuius modi utitur Galenus lib. 2. ad Glauconē.

P Y X

πυξακάνθα, tum spina ipsa, tum succus licij.

Pyxionix, Aristolochiæ species tertia, de qua uide Dioscoridem libro. 3. cap. 5.

Q V A

QVala, uasa sunt uiminea in supellectile rustica: Quasillum diminutiuo uocabulo appellant uas

lanificijs aptum, quod et Calathus dicitur, in quo pēsa mulier: & trama uoluuntur. Horatius. Tibi qualum Cythereæ puer ales. Prisci Thalassionem uocauerunt. Apuleius, Qualum panis rumigabam. Præcipit Cato, ut uillicus habeat in instrumento rustico uiginti quala fatoria, uel alueos quadraginta, quib; frumēta que serimus, cōtinēt fatores. Col. li. 7. ca. 3.